# [DISTINCTIO VIGESIMA SEXTA

## QUAESTIO UNICA

### UTRUM GRATIA SIT IN ESSENTIA ANIMAE VEL IN POTENTIA]

[Q. un.] [1] Circa distinctionem vigesimam sextam quaero de gratia, et primo[1a] utrum ipsa sit in essentia animae vel in potentia[2]. 1

Quod in essentia, probatio: 2

Quia essentia prius exit a Deo quam potentia, igitur prius reducitur in Deum; sed per gratiam reducitur; ergo etc. – Consequentia probatur: tum per Dionysium, 'res enim reducuntur in Deum eo modo quo exeunt a Deo', – tum quia sicut quaelibet creatura habet Deum pro primo efficiente, ita et pro fine ultimo.

Praeterea, essentia est indeterminatior quam potentia, ergo magis 3

---

1* [a] *Loco* Circa (4) – primo (5) *textus interpolatus*: « Haec est gratia operans »[1*]. Circa istam vigesimam sextam distinctionem, in qua Magister agit de adiutoriis gratuitis quae habuerunt primi parentes ad resistendum malo et proficiendum in bono[2*], et primo de gratia – circa distinctionem praesentem – quaeritur.

APSVZBNYOQ(γμυ)

4 *adnot.* Dist. 26 A[1] *et alii* 4-5 *et* 1*-4*: Circa — primo (4) = APSVZBNYOγ Haec (1*) — quaeritur (4*) Qμυ 4-5 de — primo *om.* B | primo *om.* N 5 ipsa] gratia BQ 6 Quod] Et quod Q *add.* sit B | probatio] probo VBN *om.* Q *add.* sic B 7 essentia] *post* prius Y *praem.* prima AN* *praem.* ipsa B *om.* Z* | exit] *ante* prius Z est V | a *om.* O* | quam ] *add.* ipsa B 8-9 in — probatur *om.* Y 8 in Deum *om.* O* | sed — etc. *om.* OQ | sed per gratiam *rep.* N* | Consequens O 9 Dionysium] *add.* II libro Ecclesiasticae (Eccl. *om.* P) historiae (h.] hierarchiae V) APVZB 9-10 res — Deo *om.* YO 9 res enim] quia res Q 10 tum *om.* O | quia *om.* P | creatura] res creata V 11 primo] proprio A | officiente (!) S | et] quod Y *om.* VO | fine ultimo] u. f. Q 12 indeterminatior] indeterminabilior P indeterminationem (!) S 12-13 ergo — determinari] *om.* Y *add.* quam potentia VOQ; ¶ *sign.* Vacat P[2]

F 9 Ps.-Dionysius, *De caelesti hierarchia* c. 4 (*Dionysiaca* II 812-814; PG 3, 182): «Docet autem et hoc sapienter theologia per angelos eam [scil. legem] in nos provenire, tamquam divino legali ordine illud legaliter ponente, hoc est: per prima, secunda in divinum reduci».

T [1] Adsunt hic duae quaestiones de gratia, quarum tamen secunda tractatur in distinctione sequente (cf. infra d. 27 n. 1). – Utramque quaestionem in eadem distinctione ponit Thomas, *Sent.* II d. 26 a. 3 et a. 4 (ed. Parmen. VI 622*b*. 624*a*). [2] Cf. Duns Scotus, *Lectura* II d. 26 q. un.; *Rep.* II A d. 26 q. un.

[1*] Cf. Lombardus, *Sent.* II d. 26 c. 1 n. 1 (SB IV 470). [2*] Cf. ibid. n. 1-3 (p. 470-471).

indiget determinari; gratia autem est tamquam forma determinans animam indeterminatam, ergo magis est in essentia quam in potentia.

4 Item, gratia semper est in actu suo; potentia non est semper in actu; ergo non est in potentia. – Prima probatur, quia actus gratiae est gratificare; sed gratia semper gratificat. Secunda[3] probatur, quia habitus non potest esse semper in actu suo nisi 'illud cuius est' sit in actu.

5 Item, acceptatio essentiae sufficit ad acceptationem potentiae, et non e converso; ergo gratia, quae est principium acceptandi, debet poni in essentia per se. [2]

6 Probatio antecedentis, Gen. 4: *Respexit Deus ad Abel et ad munera eius*[4]; praeterea, cum essentia sit prior essentialiter in 'esse' ipsā potentiā, igitur similiter in acceptatione, ut videtur.

7 Praeterea, forma determinans ad agendum, magis debet poni in principali agente quam in instrumento; essentia est principale agens, potentia est sicut instrumentale agens, secundum Anselmum *De concordia* 19; ergo etc. [3]

---

APSVZBNYOQ(γμυ)

13 gratia] *praem.* sed P² | autem] sed *ante* gratia V²YOQ *om.* V´ | est] ponitur YOQ *om.* V | formaliter VQ 14 indeterminatam] ⌈...⌋ N⁺ 14-15 magis — potentia] etc. Y *om.* Q 14 magis est] e. m. B | in² *om.* O* 16 Item] Praeterea YQ | est² — actu *om.* YQ | est semper] s. e. VB | actu²] *add.* suo B 17 non] nec O | Prima] Antecedens B 18 sed *rep.* S | gratia *om.* Q | Secunda] Consequentia *codd. edd.* | habitus *om.* O 19 esse *post* suo Y | semper] *ante* esse APZB *om.* Q | suo] *ante* actu Q *om.* N | sit] *praem.* semper A 20 Item] Praeterea Q | essentiae ... potentiae] p. ... e. Y | acceptationem] *comp.* B* 22 per se *ante* poni Q 23 Deus] Dominus A *om.* O | ad ... et *om.* Y 24 eius] sua O | essentialiter] naturaliter V | ipsa] quam Q 25 in *om.* Z | ut videtur] ut dicitur V *om.* YQ 26 determinans] determinata d. V | debet] videtur PZ 27 in *om.* S | instrumento] *comp.* O² instrumentali V | agens *om.* O 28 potentia] *praem.* et Y | est *om.* AY | sicut *om.* Q | instrumentale] instrumentum Q ministeriale vel i. A | agens *om.* YQ 29 19] 1° V *praem.* cap. Q *praem.* distinctione YO | etc. *om.* OQ

F *23-24* Gen. 4, 4. *28* ANSELMUS, *De concordia* q. 3 c. 11 [alias 21] (ed. SCHMITT II 279; PL 158, 534): «Anima habet in se quasdam vires, quibus utitur velut instrumentis ad usus congruos. Est namque ratio in anima, qua sicut suo instrumento utitur ad ratiocinandum, et voluntas, qua utitur ad volendum».

T [3] scil. propositio («potentia non est semper in actu»). – Loco «Secunda» codices erronee tradunt «Consequentia». [4] Cf. HENRICUS GAND., *Quodl.* VIII q. 18 in corp. (f. 329E): «Deus non acceptat opus... nisi propter dispositionem operantis; unde dictum est Gen. 4 [v. 4-5] quod 'Dominus respexit ad Abel et munera eius, ad Cain autem et ad munera eius non respexit': ubi ex ordine verborum conicimus quod non tam aspexit vel non aspexit ad opera, quam aspexit vel non aspexit ad personas, – non e converso».

Item, correspondentia debet esse imaginis recreatae ad imaginem creatam; imago creata requirit unitatem essentiae et trinitatem potentiarum; ergo et illud quod recreatur, requirit unitatem gratiae perficientem essentiam, et trinitatem virtualiter perficientem potentias[5]. 8

Oppositum: 9

Gratia est aliqua forma in anima, secundum quod probatur distinctione 17 I libri[6]; non est passio vel potentia, – igitur habitus, secundum illam divisionem P h i l o s o p h i II *Ethicorum*: 'Omnis habitus est in potentia, quia opus habentis bonum reddit'; ergo etc.

Item, eadem est gratia operans et cooperans, ut patet per M a g i s t r u m in littera; sed 'cooperans' est in potentia voluntatis; ergo etc. 10

### [I. – AD QUAESTIONEM
### A. – OPINIO ALIORUM]

[3] Hic d i c i t u r quod gratia est primo in essentia[7]. 11

---

APSVZBNYOQ(γμυ)

30 Item] Praeterea YQ | correspondentia] concordantia ASVN quorum natura (!) Y | debet esse] est A | recreatae] rei creatae A *om.* S 31 imago] *praem.* sed PZB 31-32 imago — ergo *rep.* Y | unitatem — potentiarum] trinitatem potentiarum vel personarum et u. essentiae A 31-33 potentiarum — trinitatem *om.* V 32 ergo et] et ergo O* et B´ ergo B² | et — recreatur] imago creata Y | illud] idem S id O | quod = OQ *edd.* quo *rell.* | requiret ABO | gratiae] co^rem S 32-33 perficientis Q 33 potentias] *add.* ergo etc. V 34 Oppositum] Contra Q 35 in anima *om.* B² | secundum quod] ut Q | probabatur Z 36 non] *praem.* sed B²Q | est *rep. post* igitur N 37 illam] istam V | divisionem] d. vel definitionem A | II] III A 38 etc. *om.* Q 39 Item] Praeterea V 39-40 Item — etc. *om.* YOQ 39 est *om.* Z 39-40 ut — littera *om.* PZ 43 Hic] Huic (!) A | est primo] p. e. PZYQ

F *37* ARISTOT., *Eth. Nic.* II c. 5 (AL XXVI³ 169; B c. 4-5, 1106*a* 11-24): «Si igitur neque passiones sunt virtutes neque potentiae, relinquitur habitus eas esse... Oportet autem non solum sic dicere quoniam 'habitus', sed et qualis quidam. Dicendum igitur quoniam omnis virtus, cuius utique fuerit virtus, et id bene habens perficit et opus eius bene reddit... Si utique hoc in omnibus ita habet, et hominis virtus erit utique habitus, ex quo bonus homo fit et a quo bonum opus suum reddit». *39-40* LOMBARDUS, *Sent.* II d. 26 c. 1-2 (SB IV 470-472). *43* HENRICUS GAND., *Quodl.* IV q. 10 arg. in opp. (f. 99X): «Gratia perficit substantiam animae, caritas autem potentiam»; XIII q. 12 in corp. (AMPh s. 2, XVIII 136): «Gratia... principaliter est in essentia

T [5] Cf. BONAV., *Sent.* II d. 27 a. 1 q. 1 arg. 4 in opp. (II 654*a*). [6] Cf. DUNS SCOTUS, *Ordinatio* I d. 17 n. 121. 129-131 (V 198-199. 202-203); cf. ibid. nota ad n. 130 (V 203[4]). Cf. etiam infra d. 27 n. 8-14. [7] Cf. THOMAS, *Sent.* II d. 26 a. 3 in corp. (ed. Parmen. VI 623*a*): «Dicendum quod ab omnibus communiter dicitur quod gratia respicit essentiam animae, virtus autem potentiam; sed qualiter hoc intelligendum sit, a diversis diversimode traditur».

12 Quod probatur per Augustinum *De laude caritatis*, quia ipsa est 'radix et vita omnium bonorum'; ibidem: «Caritas est vita morientium»; vita et mors pertinent ad essentiam; ergo etc.

13 Confirmatur, quia si ibi ponatur, dat esse supernaturale et primum; ergo pari ratione poterit dare agere supernaturale. Non autem daret esse per se supernaturale si tantum esset in potentia, cum tamen necesse sit omne agere praecedere esse: naturale agere naturale esse et supernaturale agere supernaturale esse[b].

---

[b] *Sequitur textus interpolatus*: Vel aliter sic, quia agere praesupponit esse; ergo quod dat agere naturale vel supernaturale, dat esse tale. Sed gratia dat agere animae, ergo dat ei esse; sed esse est ipsius essentiae; ergo etc.[3*].

APSVZBNYOQ(γμυ)

45 ibidem] *praem.* et B *add.* etiam VYOQ  46 morientium] manentium Y *praem.* omnium V | vita] *add.* autem Q | etc. *om.* Q  47 esse] *add.* et P  47-48 et — supernaturale *om.* V | et primum *om.* Q  48 primum *in corr.* O²  48-49 Non autem] Sed non A  49 daret] posset dare V | supernaturale] naturale B | si] sed Q  50 sit] *add.* ponere B | omne agere] *post* praecedere Y esse V | esse] agere et V *add.* et YO² *edd.* *add.* scilicet BQ *add.* erat Z⁺ *add.* et esse praecedere agere N²  50-51 naturale agere naturale esse = A e. n. a. n. B n. n. ZN n. PS e. (omne Y) n. (*add.* et esse V⁺) praecedere a. n. *rell.* *edd.*  51 et] *om.* AB *add.* etiam Y | supernaturale agere supernaturale esse = A s. e. a. s. Y e. s. a. s. Q *edd.* s. (*add.* esse supernaturale agere *text. et mg.* O²) SVO s. s. *rell.*

5*-7* Vel — etc. = APZBμυ; ¶ *text. sign. tribus punctis* ∴ μ  5*-6* ergo *om.* PZ  6* naturale vel supernaturale] s. v. n. A  7* ei = A

animae, et redundat in potentias [*in editione*: potentiis] sub ratione habitus et virtutis»; IX q. 13 in corp. (AMPh s. 2, XIII 241-242): «Gratia gratum faciens, exsistens per se in essentia animae, ipsam in bene-esse supernaturali perficiens et reddens Deo gratam, ab essentia redundat in potentias et eas perficit secundum diversitates potentiarum, secundum diversas rationes diversarum virtutum». – Etiam THOMAS, *Summa theol.* I-II q. 110 a. 4 in corp. et ad 1 (VII 315*ab*. 315*b*); *De veritate* q. 27 a. 6 in corp. (XXII³ 814*a*); *Sent.* II d. 26 q. un. a. 3 in corp. et ad 3 (ed. Parmen. VI 623*b*).

F 44-46 HENRICUS GAND., *Quodl.* IV q. 10 in corp. (f. 100E); AUGUST., *Sermo* 350 *De caritate* II n. 1 (PL 39, 1534): «Radix omnium bonorum est caritas»; n. 3 (col. 1535): «[Caritas est] vita morientium».  47-51 HENRICUS GAND., *Quodl.* IV q. 10 in corp. (f. 100G-101H): «Nullo ergo modo poni debet gratia esse aliquid aliud re a caritate, quamquam poni debet differre re a quacumque alia virtute, quia sine illa informes manent et mortuae. Est enim vita spiritualis, secundum quod est gratia et in essentia animae, – et [est] forma virtutum, secundum quod est caritas et in voluntate; et ut est perfectio substantiae, dat quasi actum primum, qui est esse, – ut autem est perfectio potentiae, quasi dat actum secundum, qui est operari operationem propriam sibi... Consimiliter igitur oportet quod sit in supernaturali esse et gratuito..., quod scilicet [ab] uno et eodem habeat quod sit in esse gratuito et quasi generatum in esse supernaturali (sicut erat primo generatum in esse naturali), – et similiter, operari operationem illi debitam, scilicet

T [3*] Pro hoc textu interpolato cf. DUNS SCOTUS, *Rep.* II A d. 26 q. un.

## [B. – OPINIONIS IMPROBATIO]

[4] Contra istam positionem arguitur dupliciter. 14

[Argumentum primum] – Primo, quia cum gratia sit idem realiter cum gloria[8] vel per se dispositio ad eam, sequitur quod per se sit in eodem subiecto in quo est beatitudo; beatitudo autem non est per se in essentia sed in potentia; ergo et gratia. 15

R e s p o n d e t u r quod beatitudo principaliter est in essentia, et redundat – mediante illā – in potentias[c]. Primo modo anima est deiformis (sicut carbo ignitus[9]) ex speciali illapsu Dei. 16

Contra:

Igitur circumscriptis potentiis posset anima per se esse beata, et 17

8* [c] *Sequitur textus interpolatus*: secundum quod sunt capaces, vel magis vel minus, vel prius vel posterius.

APSVZBNYOQ(γμυ)

53 istam] *post* positionem Q illam B | arguitur] dicitur ASN *om.* PZO* | dupliciter *om.* SN 54 quia] quod SN | gratia sit] s. g. O | sit idem] formaliter i. s. Y | idem realiter] r. i. Q 56 in quo est beatitudo] cum beatitudine Q | autem *om.* A 57 essentia] esse Y | et gratia] etc. AVBY *om.* Q 58 principaliter] prius SN *add.* et immediate APZB 59 redundat] *post* illa Q *comp.* S | illa] ista V | potentiam Q 59-60 est deiformis] e. deformis S ⌜*spat. vac.*⌟ formis Y 60 sicut — ignitus *post* Dei A | illapsu *in corr.* P²N² 61 Contra] *add.* hoc B 62 Igitur] Vel sic (*cf. ad* 10*-13*) V | potentiis] *comp.* SN | per se] *post* esse ZO pro se B *om.* Y | esse beata] b. e. Y

8*-9* secundum — posterius = APZBμυ 8* secundum] autem s. P² | capaces] *add.* eius B

actionem gratuitam... Propter quod debet esse id ipsum re quod in gratuitis perficit animam secundum quod substantia est, dando ei actum primum in esse supernaturali, – et secundum quod potentia est, dando ei actum secundum in esse supernaturali, scilicet operari supernaturaliter».

F 58-60 HENRICUS GAND., *Quodl.* XIII q. 12 in corp. (AMPh s. 2, XVIII 136-137): «Ut autem [a] se exeat [homo] et incipiat esse quod amat, fieri non potest nisi per circumincessionem: non animae illabentis deitati, sed potius e converso deitatis illabentis in animam..., quemadmodum ferrum immissum igni candescit et quasi ignis fit ardens et lucens, igne se profundante in ferrum et interiora eius penetrante... Circumincessio autem (sive illapsus talis) fit potius in essentia animae et per illam in potentiis, sicut gratia et gloria (quae est gratia consummata) principaliter est in essentia animae et redundat in potentias [*in editione*: potentiis] sub ratione habitus et virtutis. Per talem enim circumincessionem deitatis primo in substantia animae, ipsa anima illuminata luce increata lucet et inflammata ardore caritatis ardet..., ut quasi non sit nec appareat esse aliud quam Deus, nec distinctum quid ab ipso, – sicut ferrum candens in igne lucet et ardet ut ignis, quasi non sit nec appareat esse aliud quam ignis, nec distinctum quid ab ipso... Dico igitur quod beatitudo principalius perficit essentiam animae quam potentias, quia in illa principalius habetur ipse Deus (qui est finis et beatitudo) quam in potentiis».

T [8] prout tenet Henricus Gandavensis (cf. infra ad lin. 71). [9] subintellige: est igniformis.

ita esset beatitudo non in aliquo actu secundo; neque etiam in attingendo obiectum ultimum, nam non attingitur obiectum ut 'obiectum' nisi per actum secundum, qui convenit animae ut est potentia[d].

18 Praeterea, si beatitudo poneretur in essentia, et eiusdem rationis sit 'gratia in essentia' in via et in patria, – igitur nunc esset anima beata, licet minus quam in patria; consequens est falsum, ergo et antecedens. Consequentia probatur, quia nunc habet actum primum eiusdem rationis – p e r  t e – cum illo in quo est essentialiter beatitudo.

19 R e s p o n d e t u r quod ita[10] posset argui de 'actu' sicut de gratia, [5] quia eiusdem rationis est actus nunc et tunc; nec valet instare de actu videndi et lumine gloriae, quia ipsa per se non pertinent ad gloriam.

20 Dico quod argumentum de actu primo concludit quod nunc esset anima beata (licet nunc minus quam tunc)[11], non autem si ponatur

---

[d] *Sequitur textus interpolatus:* Item, beatitudo non est nisi quia satiat et quietat beatum; haec quietatio non potest esse nisi per coniunctionem ad obiectum beatificum: coniunctio non est nisi per actum aliquem qui tantum est potentiae, et haec est sententia Philosophi ponentis quod beatitudo est in actu[4*].

APSVZBNYOQ(γμυ)

63 esset *om.* O | non] *praem.* et PZ | in$^2$ *om.* V  64 ultimum] *praem.* beatificum sive A | non attingitur *post* obiectum$^2$ Q  67 essentia ... eiusdem *in corr.* $P^2$ | et] ut V *om.* Y | rationis] re (!) S  68 sit] sic V sicut Y | in$^1$] ut $V^+$ | in essentia *om.* Y | via] vis $S^+$ | in$^3$ *om.* V  68-69 igitur — patria *om.* $N^2$  68 nunc] nec Z modo $N^2$ | esset] erit S | anima *om.* $N^2$YO  69 et *om.* APSZB  70 nunc] non V | primum *om.* Y  71 rationis] rei V | per te *ante* habet (70) Q | illo] isto V  71-72 est essentialiter beatitudo] ess. est b. BQ est b. ess. V  73 ita] illa S | de$^1$ — gratia] g. in potentia YOQ *add.* vel (v. *om.* $N^2$) si esset in potentia V$N^2$  74 rationis] rei V | tunc] nunc S$N^*$ | nec] nunc $O^*$  75 ipsa] ista VYQ illa O *om.* P | pertinet P  75-76 gloriam] gratiam P  77 concluderet B  78 beata *om.* $N^2$ | nunc *om.* Q | non *in corr.* $B^2$ | non — ponatur *in ras.* $P^2$

10*-13* Item — actu = APVZBμυ [*post* Contra (61) V]  10* Item *om.* V | est] *add.* in anima V | nisi quia *in ras.* $P^2$ | satiat *in corr.* $P^2$  11* beatum] eam V | haec] *praem.* et A | haec — obiectum *om.* $B^2$ | potest] videtur A | ad obiectum *rep.* A  13* quod — est] beatitudinem A | in actu *om.* $B^2$

F *71* HENRICUS GAND., *Quodl.* IX q. 13 in corp. (AMPh s. 2, XIII 242): «Finaliter non restat hic videre nisi an gratia, perficiens totam animam..., sufficiat ad perficiendum eam in patria sicut hic in via; quia si sic, ponendum est quod gloria et gratia sint idem»; ibid. (p. 245): «Dicendum quod idem sunt gratia et gloria, quia gloriae lumen non est nisi perfectus habitus sapientiae, quae non est nisi gratia redundans de essentia animae in potentiam intellectivam».  *73-76* Ibid. (p. 241-245).

T [10] scil. sicut argutum est de 'gratia in essentia' (n. 18).  [11] Cf. supra n. 18.

[4*] Pro hoc textu interpolato cf. DUNS SCOTUS, *Rep.* II A d. 26 q. un.

beatitudo in actu secundo etiam diligendi, quia ille non est eiusdem rationis in via et in patria[12]. Si enim intellectio sit per se causa partialis respectu volitionis (sicut dicit tertia opinio in quaestione praecedente[13]), sequitur quod visio et cognitio aenigmatica[14] – quae sunt intellectiones alterius rationis – possunt concurrere ad volitionem simpliciter alterius rationis (et haec fuit una ratio, tacta superius pro tertia opinione[15]), quia idem obiectum diversimode cognitum potest diligi actibus diversis etiam secundum speciem. ⟦Si autem teneatur quod voluntas sit tota causa fruitionis, tunc difficilius est salvare quod beatitudo principalius consistat in fruitione: illud enim quo formaliter distinguitur perfectum secundum quod perfectum ab imperfecto secundum quod imperfectum, videtur esse perfectius in illo; sed si fruitio in patria et in via sint eiusdem speciei (quod videtur), si sola voluntas sit causa fruitionis, et obiectum est idem et habitus idem, – tunc beatus secundum quod 'beatus' distinguitur a non-beato per visionem et non per fruitionem, quae est unius rationis in utroque; igitur visio esset nobilior fruitione.

Sustinendo tamen quod voluntas sit tota causa actus sui[16], potest 21
dici quod causa quae est illimitata ad diversos effectus, potest causare

APSVZBNYOQ(γμυ)

79 etiam] et PY    79-80 quia — patria *om.* A    80 rationis] rei V *add.* etiam (et $N^2$) PZN | intellectio] intentio O | sit *post* se Y    80-81 causa partialis] p. c. Q    81 dicit] ponit *post* praecedente (81-82) PZ    81-82 in quaestione praecedente] *adnot.* Quaere in Reportatione [*potius in Additionibus magnis*], distinctione 25, quaestione ultima $N^3$    82 visio et cognitio] c. et v. B    83 intellectiones *in corr.* $B^2$ | possint Q    85 tertia opinione] o. t. A secunda o. N | obiectum] subiectum $N^+$    86 condiligi Z | actibus] a tribus (!) Y | etiam] et Y    86-107 Si — patria = APSVZBNμυ; ¶ *text. sign.*: *litteris* a-b $B^2$ Ex[tra] (*id est, sine praecisa indicatione termini 'ad quem'*) $N^2$ Additio υ *lin. anfractuosa* μ; *adnot.* Quomodo potest sustineri quod beatitudo sit principalius in fruitione, dicendo quod voluntas est tota causa actus sui. Nota quod non $A^1$    88 consistit A    89 secundum quod perfectum *om.* $VB^*$    90 videtur] dicitur V | in illo *in corr.* $B^2$    91 sint] sunt A | sint eiusdem *rep.* V | speciei] rationis A | quod] quia $P^*$    91-92 sola voluntas] v. s. A a sola voluntate V    92 et *om.* $Z^*$ | idem$^2$ *om.* PZ    94 et] *add.* tunc A | non *om.* S    96 quod] quia B | sit] est A    97 causa] *add.* activa V | diversos] suos *post* effectus PZ

T [12] Cf. supra n. 19.    [13] Remittit hic ad distinctionem 25; cum illa in *Ordinatione* II desit (cf. appar. lect. var., d. 14 ad lin. 358), cf. DUNS SCOTUS, *Lectura* II d. 25 n. 69 (XIX 253), ubi «tertia opinio» est opinio ipsius Duns Scoti, medians inter duas opiniones extremas. [14] Cf. II Cor. 13, 12: «Videmus nunc per speculum, in aenigmate, tunc autem facie ad faciem». [15] Cf. DUNS SCOTUS, *Lectura* II d. 25 n. 79 (XIX 256).    [16] scil. prout tenet opinio secunda (Henrici Gandavensis), quam Duns Scotus allegat ibid. n. 54 (p. 246).

diversa specie propter concursum diversorum quae requiruntur ad causationem eius, licet non concurrant in ratione causae effectivae: unde causa illimitata ad diversos effectus, concurrentibus illis quae requiruntur (eo modo quo requiruntur), causat diversa, – sicut sol constringit lutum et dissolvit glaciem, propter diversam dispositionem in passo[17]; voluntas vero est causa illimitata, habens in virtute sua volitiones diversas specie, et ideo concurrentibus visione et cognitione aenigmatica (quae sunt diversa specie et per se requisita ad actum voluntatis) potest voluntas causare diversos actus specie, et sic 'fruitio' specie potest distingui in via et in patria.⟧

22 [Argumentum secundum] – Praeterea, secundo:

Quando aliqua forma est indeterminata secundum virtutem activam ad plura, illud quod praecise respicit unam actionem determinatam non potest esse perfectio eius in quantum est indeterminata, sed in quantum est potentia determinata respectu illius actionis respectu cuius perficitur a tali perfectione. Exemplum: si anima est indeterminata ad plures actus convenientes sibi secundum plures potentias, sapientia (vel quicumque habitus intellectualis alius) non perficit animam in quantum indeterminata, sed praecise in quantum intellectus, (et ratio propositionis est ista, quia si perficeret eam in quantum indeterminata secundum virtutem activam, ergo aeque posset eam perficere in ordine ad quemcumque actum suum; similiter, si perficit eam praecise in ordine ad determinatum actum, ita perficeret eam si tantum esset potentia activa ad istum actum et non indeterminata ad [6]

APSVZBNYOQ(γμυ)

98 specie] *add.* et V  99 efficientis V  100 quae] qui Z  101 eo] eodem $V^+$ | causat] causa (!) V  103 passo — vero] passivo V | habens] *add.* etiam PZ | virtute] veritate S  104 diversas] diversos (!) P *add.* in A | et *om.* VN | ideo *om.* S  108 secundo *om.* V  109 est *om.* Y | est indeterminata *post* activam (109-110) Q  110 plures $S^+$ | illud *om.* Y | praecise respicit] r. p. V  111 non — eius = VSN n. potest esse perfectio e. vel non perficit eam APZ n. perficit eam *rell. edd.* | est *om.* YO | determinata Y  111-114 sed — indeterminata *om.* $Z^2$  112 est] *add.* in PS | respectu[1] *om.* $APSZ^2$ | illius] huius O  112-113 respectu[2] — perfectione] *om.* YOQ *add.* et respectu illius unius actionis formalis $APZ^2B$  114 plures] ph̄os $O^*$  115 alius] *ante* habitus Q *om.* B | perficit] respicit PZ  115-116 animam] aliam $Z^+$  116 indeterminata] *add.* est A  117 propositionis] positionis $AN^*$ | eam *om.* Y | in quantum] *add.* est $Q^+$  118 virtutem activam] a. v. N  119 ad *rep.* P | similiter] sicut Y  119-120 similiter — actum *om.* Q  119 perficiat V  119-120 perficit — ita *om.* Y  121 tantum *om.* Q | potentia activa] *praem.* determinata Q *add.* determinata $VN^2YO^2$ | istum] illum O | indeterminata] *post* plures (122) Q determinata PZ

T [17] Cf. DUNS SCOTUS, *Ordinatio* I d. 2 n. 347-350 (II 333-334).

plures). Sed gratia tantum perficit animam in ordine ad determinatum actum (scilicet meritorium), qui scilicet est solius voluntatis, secundum Anselmum *De conceptu virginali* cap. 4 et alibi frequenter; ergo praecise perficit animam in quantum est illa potentia cuius est talis actus: haec est voluntas, – ergo etc.

Confirmatur ista ratio, quia si perficeret essentiam animae ut es- 23
sentia, posset redundare in actum primum potentiae, scilicet intellectus, et sic actus intellectus ut praecedit actum voluntatis posset esse meritorius; immo si intellectus esset solus, sine voluntate, in illa essentia posset esse gratia et meritum.

### [C. – Opinio propria]

Concedi potest conclusio istarum rationum[18], quia ille habitus qui 24
probatus est esse supernaturalis distinctione 17 I[19], perficit potentiam animae et determinatam, scilicet voluntatem, quia in ordine ad obiectum determinatum talis potentiae; non autem perficit[20] essentiam, quia ipsa nullum respicit obiectum, nec aliquem actum.

---

APSVZBNYOQ(γμυ)

123 qui scilicet] sc. q. O quae sc. Z q. Q  124 cap. 4 *om.* V | et] item A  125 praecise *post* animam YQ  126 etc. *om.* Q  127 ista] *post* ratio Q illa O | perficeret] posset perficere vel p. Q  127-128 essentia] *add.* est A  128 actu YQ | primum] primae Q prioris Y animae V′ primae *post* potentiae $V^1$  128-129 scilicet intellectus *om.* PZ  129 actus intellectus *om.* B | ut] non $N^2$  130 esset] sit V esse Q | solus *ante* intellectus Q | illa] *post* essentia (131) Q ista AV  131 gratiosus et meritorius $O^2$ | et] vel Q  133 istarum] illarum O | ille] iste AV  133-134 qui probatus *om.* A  134 esse] essentia $A^2$ | distinctione *om.* $O^*$ | I] *add.* libri A  135 et determinatam] indet. Y d. *ante* animae Q  136 potentiae] *add.* et etiam actum Q | autem] eius V | perficit = μυ per APSZ  136-137 essentiam] essentia $YO^*$ essentiae N  137 quia] quod A | ipsa] illa V *praem.* sic YO *add.* ut sic Q

F *124* Anselmus, *De conceptu virg.* c. 4 (ed. Schmitt II 145); PL 158, 438): «Quid peccant membra vel sensus vel opera, quae Deus sic subiecit voluntati, si servant quod Deus illis ordinavit? Quidquid igitur faciunt, totum imputandum est voluntati... Membra autem et sensus per se nihil volunt»; c. 5 (p. 146; col. 439): «Voluntas, cui subditi sunt omnes voluntarii motus totius hominis, ... se et omnia sibi subdita, in multimoda mala... praecipitat»; c. 11 (p. 153-154; col. 445-446): «Solius quippe voluntatis Dei opus est... cum noxiae voluntates a suo impetu, sola gratia regente, ad hoc quod prodest convertuntur... Voluntati illa imputantur quae sunt huiusmodi: iter facere, aedificare, scribere, loqui et similia, quae non nisi voluntas facit»; c. 15 (p. 157; col. 449): «Licet massa generis humani peccatrix nominetur, non tamen in ulla parte eius est peccatum nisi... in voluntate»; c. 23 (p. 163; col. 455): «Omnes quippe alii sic fuerunt in illo [scil. in Adam], ut per naturam propagandi, quae potestati et voluntati eius subdita erat, de illo essent».

T [18] Cf. supra n. 15. 22. [19] Cf. Duns Scotus, *Ordinatio* I d. 17 n. 129 (V 202-203). [20] Loco «perficit» codices erronee tradunt «per», quod est contra totum contextum. Cf. Duns Scotus, *Lectura* II d. 26 n. 14 (XIX 268): «Item, si essentia immediate perficeretur per gratiam...».

25 Confirmatur per Anselmum *De conceptu virginali* cap. 3: 'Omnis iustitia et iniustitia est formaliter in voluntate'[e].

26 Item, opposita nata sunt fieri circa idem; sed gratia et peccatum sunt opposita: peccatum autem est in voluntate, secundum Anselmum ubi prius, cap. 3.

### [II. – AD ARGUMENTA PRINCIPALIA]

27 Ad argumenta in oppositum. [7]

Dico[21] quod gratia determinat ad operationem gratuitam sicut pertinet ad habitum determinare; hoc modo potentia est indeterminata indeterminatione proxima, et non essentia.

28 Ad aliud[22] dico quod etsi gratificare (id est 'gratum reddere') significetur active, non tamen est agere, – sicut nec albedinem facere parietem album est agere, sed informare.

29 Ad tertium[23] dico quod acceptatio potentiae sufficit ad acceptationem essentiae, et non e converso. Sicut enim, si homo posset vi-

---

[e] *Sequitur textus interpolatus*: gratia est quaedam iustitia et quaedam rectitudo; ergo etc.

APSVZBNYOQ(γμυ)

139 formaliter *post* voluntate Q  140-142 Item — cap. 3 *om.* YOQγ  140 circa idem *om.* P | sed *om.* V  141 autem *om.* V | est *om.* B  142 cap. 3 = SB c. 2 AVN  144 argumentum Y | in oppositum *om.* Q  145 Dico] *praem.* Ad primum AQ; ¶ *adnot.* Hic respondet primo ad secundum; responsio primi est ibi infra ad tale signum + (*hoc signum + invenitur ante textum n. 31*) N[2] | terminat S  146 determinare] *ante* pertinet (145-146) Q determinari PSZ | hoc] *praem.* et YQ *add.* enim B  148 aliud] secundum Q  148-151 etsi — quod *om.* Y  148 etsi] si BQ *om.* V  148-149 signaretur N  149 active *rep. post* est Q  149-150 sicut — agere *om.* O[1]  150 informare] informante A *add.* parietem VQ

14*-15* gratia — etc. = VYO[2]Q *edd.* | iustitia ... rectitudo] r. ... i. Q  14* quaedam[2] *om.* Q  15* etc. *om.* Q

F 138 ANSELMUS, *De conceptu virg.* c. 3 (ed. SCHMITT II 143; PL 158, 436): «Sciendum quoque est quia iustitia non potest esse nisi in voluntate...; quare nec iniustitia... Nihil itaque praeter ipsam iustitiam vel iniustitiam dicitur iustum vel iniustum nisi voluntas, aut propter voluntatem iustam vel iniustam». *141-142* Ibid. (p. 142. 143; col. 435. 436): «Omne peccatum est iniustitia»; «Iustitia non potest esse nisi in voluntate...; quare nec iniustitia»; etiam c. 4 (p. 145; col. 438): «in voluntate... est peccatum».

T [21] Respondet ad argumentum secundum, supra n. 3, quod in *Lectura* est primum (cf. DUNS SCOTUS, *Lectura* II d. 26 n. 2 [XIX 265]). [22] Cf. supra n. 4. Est argumentum secundum in *Lectura* (cf. ibid.). [23] Respondet (n. 29-30) ad argumentum quartum, supra n. 5, quod in *Lectura* est tertium.

dere actum diligendi alterius, propter actum illum acceptaret totam illam personam, et ita primo acceptaret actum primo libere elicitum et potentiam libere elicientem (et per ista sufficienter acceptaret totum suppositum), – ita Deus primo acceptat actum libere elicitum a potentia: non quidem acceptatione generali qua acceptat omnem creaturam (quia sic primo essentia acceptatur), sed acceptatione speciali qua ordinat acceptatum ad beatitudinem; acceptat autem sic primo et principaliter ipsam potentiam, quae est primo beatificabilis, et per illam ipsam essentiam.

30 Et cum obicitur de Abel et eius muneribus[24], dico quod actus exterior non acceptatur nisi quia interior, nec interior nisi quia illius potentiae cuius est ille actus, vel elicitus vel imperatus; sed non est ulterius resolvere istam acceptationem istius potentiae in acceptationem alicuius prioris acceptati, quia nihil prius est acceptabile acceptatione speciali nisi mediante ista potentia.

31 Et quod dicitur quod 'res reducuntur in Deum eo ordine quo exeunt a Deo' (secundum D i o n y s i u m )[25], dicendum quod hoc verum est de extremis productis in personis diversis, non autem de his quae sunt in eodem supposito, – quia essentia prius accipit esse et tamen reducitur prius per potentiam, quia per operationem eius.

---

APSVZBNYOQ(γμυ)

153 diligendi alterius] a. d. YQ | actum] *post* illum YQ *om.* V 153-154 totam — acceptaret *om.* Q 154 illam] istam V | personam] p. vel perfectionem *ante* illam A | ita] in P | primo$^1$] persona vel perfectio A | primo$^2$ *om.* YO 155 libere *om.* Y | elicientem] *add.* quia omnis talis actus $V^+$ | per] *in corr.* $V^1$ pro PSZB | ista] illa PSZBN illam Y 155-156 totum *om.* V 156 acceptat] acceptaret V | libere] primo O 156-157 a potentia *rep. ante* et$^1$ (155) Y 157 generali *in ras.* $P^2$ | qua] quam S | qua acceptat *om.* $P^2$ q. acceptavit V 158 primo *om.* $O^*$ | essentia acceptatur] a. e. PZQ 159 ordinat acceptatum] a. o. (o. *in corr.* $N^1$) N | sic *om.* PZ 160 ipsam *om.* Q | quae] quia Y 161 illam] potentiam Q *om.* O | ipsam *om.* VQ 162 Et *om.* PVZ | cum] quod A | eius] *post* muneribus NO *om.* V 163 nisi quia interior *om.* $N^2$ | nec interior *om.* S | quia] *add.* est AZB *add.* in P 163-164 illius potentiae = APB potentia Y potentia illa (ista V) *rell. edd.* 164 ille] iste V in se S *om.* PZY | imperatus] *add.* acceptative PZ acceptive A acceptatur (!) B 165 solvere $V^*$ | istam] illam O 165-166 istius — acceptationem *om.* $B^2$Y 165 istius] illius O alicuius $B^2$ 165-166 acceptationem] acceptatione $B^2$ 166 accepti S | prius est] e. p. VY 167 mediante *om.* Y | ista] illa $AP^+$ 168-172 Et — eius *om.* YOQγμ; ¶ *adnot.* Deficit $A^2$; *textus* quia (171) — eius (172) *sign. tribus punctis* ∴ μ 168 Et *om.* A | quod dicitur] quando d. N conceditur V | eo] ex A 169 coexeunt P | dico N 170 est] *ante* verum (169-170) AV *rep. ante* verum S | personis] propriis (!) S 171 supposita (!) B | essentia] *add.* quae V | accepit V 172 quia] quam PVZ

T [24] Cf. supra n. 6. [25] Respondet ad argumentum primum, supra n. 2, quod in *Lectura* deest.

32 Ad aliud[26] dico quod de instrumento extrinseco posset concedi maior, non autem de intrinseco, quod est idem operanti (sicut ipsummet operans dicitur instrumentum in quantum habet rationem determinatam operativam), quia illo modo[27] accipiendo instrumentum forma recipiens actionem debet poni in instrumento; non autem in principali agente, ut distinguitur ab instrumento, debet poni nisi forma[28].

---

APSVZBNYOQ(γμυ)

173 aliud dico] illud de instrumento Q | de — extrinseco *post* maior (174) Q | potest Y 173-174 concedi maior] m. c. A 174 de *om.* S 174-175 ipsummet] ipsemet OQ ipsum AVY 175 dicitur] *add.* ⌜...⌝ P⁺ 175-176 determinatam operativam] o. d. Q d. op. et (d. op. et] et N *om.* S) determinationem operativam ASN 176 illo] isto AQ 177 recipiens] determinans Q | deberet V | in *om.* P 178 principio (!) Y | distinguitur ab instrumento] distingui contra instrumentum Q | deberet S 178-179 forma] *add.* recipiens actionem Q

T [26] Cf. supra n. 7. [27] scil. intrinsece. [28] Ad ultimum argumentum, supra n. 8, quod in *Lectura* deest, non respondet.

# [DISTINCTIO VIGESIMA SEPTIMA

## QUAESTIO UNICA

### UTRUM GRATIA SIT VIRTUS]

un.] [1] Circa distinctionem vigesimam septimam quaero[a] utrum gratia sit virtus[1]. 1

Quod non: 2

Quia sic se habet lumen supernaturale respectu virtutum gratuitarum sicut lumen naturale respectu virtutum naturalium; sed lumen naturale non est virtus; ergo etc.[b].

Oppositum: 3

Est habitus (ex praecedente quaestione[2]), et non vitium; ergo est habitus-virtus.

---

[a] *Loco* Circa – quaero *textus interpolatus*: « Hic videndum est quid sit virtus »[1*]. Circa istam vigesimam septimam distinctionem, in qua Magister agit de virtute inquirendo de ipsa[2*], quaeritur.

[b] *Loco* etc. *textus interpolatus*: nec gratia, quae est lumen supernaturale, est virtus supernaturalis.

APSVZBNYOQ(γμυ)

4 *adnot*. Dist. 27 A¹ *et alii*  4 *et* 1*-3*: Circa — quaero (4) = APSVZBNYOγ Hic (1*) — quaeritur (3*) Qμυ  5 virtus *om*. O*  7 sic] sicut V | sic — respectu] secundo modo S | lumen *om*. Z | virtutum] *add*. naturalium sed Q  8 sicut] sic V  9 naturale] *ante* lumen (8) Q *om*. YO* | virtus] *add*. naturalis Q  9 *et* 4*-5*: etc. (9) = APSVZBNYO nec (4*) — supernaturalis (5*) Q *edd*.  10 Oppositum] Contra YQ  11 Est] *praem*. Gratia ABO²Q | habitus] *ante* Est Y *om*. S | praecedente quaestione] q. p. VO | non] *add*. est Q *add*. habitus Y | est²] *post* habitus (12) V et *post* habitus (12) A *om*. Y

T [1] Cf. DUNS SCOTUS, *Lectura* II d. 27 q. un.; *Rep*. II A d. 27 q. un. – Agitur hic non de virtute seu habitu acquisito, sed de virtute seu habitu infuso (cuiusmodi est caritas). [2] Cf. supra d. 26 n. 9 et n. 24.

[1*] Cf. LOMBARDUS, *Sent*. II d. 27 c. 1 n. 1 (SB IV 480). [2*] Cf. ibid. per totum (p. 480-487).

## [I. – AD QUAESTIONEM

## A. – OPINIO PRIMA]

4 [Opinionis expositio] – Opinio fuit hic aliquando[3] quod gratia esset quasi lumen supernaturale, se habens ad virtutes theologicas sicut lumen naturale se habet ad virtutes acquisitas: sicut anima ponitur idem suis potentiis, vel gratia esset radix earum, vel illae tres perficerent in ordine ad lumen supernaturale (quod est gratia) sicut virtutes acquisitae perficiunt in ordine ad lumen naturale. [2]

5 [Opinionis improbatio] – Sed ex hoc sequeretur quod fides non possit manere informis, quia non posset perficere non manente illo lumine in ordine illius ad quod perficit, sicut nec virtus acquisita potest manere virtus non manente habitudine naturali eius ad illud quod respicit[4] (ut ad prudentiam).

---

APSVZBNYOQ(γμυ)

15 hic] ipsius A | aliquando] *ante* hic Q a Bo. PZ⁺ Bonaventurae ASN; *adnot.* Opinio Bonaventurae [*sed non est opinio Bonaventurae!*] A[1] | esset] fuit A  16 quasi] quoddam Q  17 naturale] supern. V* *om.* O* | se habet *om.* YQ | virtutes *om.* Y | sicut] *add.* si BN | anima *om.* PZ[2] | ponitur] posita V  18 idem] i. (!) S | vel[1]] ita APZN[2] | eorum APSZBO* | illae] istae A  18-19 perficerentur VN*  19 in ordine *om.* O* | quod est gratia *om.* Y  21 Sed] licet PZ | ex] ad V | sequitur A | non *om.* Y[2]  21-22 posset VYQ  22 non[2] *om.* Z | illo] *post* lumine (22-23) Q isto V  23 illius] huius O *om.* YQ | quod] quem PS | perficit] perficiat V  24 non] *add.* hoc SN* | habitudine] *pon.* lumine O[2] | naturali] *post* eius YQ *om.* O  25 ut ad prudentiam *om.* PZ'YOQ | prudentiam] *comp.* S lumen V

F *15-20* THOMAS, *Summa theol.* I-II q. 110 a. 3 in corp. (VII 314*a*): «Sicut igitur lumen naturale rationis est aliquid praeter virtutes acquisitas, quae dicuntur in ordine ad ipsum lumen naturale, – ita etiam ipsum lumen gratiae, quod est participatio divinae essentiae, est aliquid praeter virtutes infusas, quae a lumine illo derivantur et ad illud lumen ordinantur... Sicut enim virtutes acquisitae perficiunt hominem ad ambulandum congruenter lumini naturali rationis, ita virtutes infusae perficiunt hominem ad ambulandum congruenter lumini gratiae»; *Sent.* II d. 26 q. un. a. 3 in corp. (ed. Parmen. VI 624*b*): «Sicut ab essentia animae fluunt potentiae ab ipsa essentialiter differentes..., et tamen omnes uniuntur in essentia animae ut in radice, ita etiam a gratia est perfectio essentiae..., et ab ea fluunt virtutes... ab ipsa gratia essentialiter differentes, in gratia tamen coniunctae sicut in sua origine»; ad 5 (p. 625*a*): «Et ideo non oportet quod gratia sit idem quod caritas, quamvis caritas numquam possit esse sine gratia»; ALBERTUS M., *Sent.* II d. 26 a. 11 in corp. (ed. BORGNET XXVII 467*a*).

T [3] Opinio memoratur tamquam iam derelicta. Cf. etiam AEGIDIUS ROM., *Quodl.* VI q. 5 in corp. (f. 116*va*): «Nunc magistri et subtiles dicunt quod idem est in anima gratia et caritas». [4] Cf. HENRICUS GAND., *Quodl.* IV q. 10 in corp. (f. 101 I): «Si virtutes infusae non perficerent in ordine ad quoddam esse gratuitum praestitutum ab alio secundum rem, quemadmodum perficiunt

Et si dicatur quod est assignare gradus in gratia, et secundum gradum inferiorem est fides et spes, et secundum gradum superiorem meretur nomen caritatis, et ita inferior potest manere sine superiore[5] (et hoc modo fides et spes manent sine caritate[6]), – contra hoc: 6

Eadem essentia non potest ita diversimode perficere potentias animae[c].

Ulterius etiam videretur quod illae tres virtutes theologicae es- 7

---

[c] *Sequitur textus interpolatus*: Item, licet caritas sine gratia de se posset minui, tamen de facto numquam minuitur vel corrumpitur nisi per causam demeritoriam: veniale non est huiusmodi, quia stat cum caritate, – nec mortale, quia hoc nihil permittit secum stare de caritate.

APSVZBNYOQ(γμυ)

26 Et *om.* A | dicatur] obiciatur O | est] *add.* ibi B *add.* ratio S | in gratia *om.* B: 27 inferiorem — gradum *om.* P 27-28 meretur] est caritas N[+] 29 et spes *om.* A: 30 essentia] potentia Y | diversimode] determinate PZ: | potentiam V 31 animae *in corr.* P[2] 32 Ulterius] Secundo YOQ | videretur] *ante* etiam Q videtur AVNYO *om.* P: | illae = SVO istae *rell.* (*om.* Y) *edd.*

6*-9* Item — caritate = APVZBN 6* de se] Dei B | possit N 7* tamen — minuitur *om.* P: | numquam *om.* B 8* veniale] *add.* autem V 9* secum] *om.* Z: | de caritate *ante* permittit A

virtutes acquisitae, – tunc sicut non possunt esse neque manere virtutes acquisitae nisi exsistente et manente illa natura in ordine cuius perficiunt, sic nec virtutes infusae possent esse aut manere (neque aliqua earum) nisi exsistente et manente illa natura in ordine cuius perficiunt: ut cum virtutes acquisitae, quia perficiunt in ordine ad lumen naturale quod praesupponunt tamquam re differentes ab eo, nullo modo possunt esse aut manere in anima nisi exsistente in ea et manente illo lumine (neque aliqua earum), – si similiter virtutes infusae perficerent in ordine ad aliquod lumen gratiae re differens ab eis, tunc similiter non posset aliqua virtus infusa esse vel manere in anima sine illo lumine; consequens falsum est, quia sine lumine gratiae gratum faciente (quae proprie 'gratia' dicitur) bene manent fides et spes. Non ergo habent illae virtutes [infusae scilicet et acquisitae] aliquid aliud re praesuppositum, in ordine cuius perficiunt, nisi puram naturam animae».

T [5] Cf. HENRICUS GAND., *Quodl.* IV q. 10 in corp. (f. 99Z): «Alio modo [ponitur] quod gratia una et eadem numero exsistens in essentia animae, sese habens secundum diversos gradus (sicut completum et incompletum, intensum et remissum) diffundit se per diversas potentias secundum diversos habitus, – ut dicamus quod una et eadem gratia numero exsistens in essentia animae, nata sit primo esse sub aliquo gradu incompleto et remisso naturae seu essentiae eius: et secundum quod est in tali gradu, habet se diffundere in potentiam unam sub ratione fidei, deinde vero 'augmentata' in alio gradu habet se diffundere in potentiam aliquam sub ratione spei, adhuc autem 'amplius augmentata' sub tertio gradu determinato habet se diffundere sub ratione caritatis». [6] Cf. THOMAS, *Summa theol.*, II-II q. 24 a. 11 arg. 5 (VIII 195*b*): «Virtutis theologicae obiectum est ultimus finis; sed aliae virtutes theologicae [nempe aliae a caritate], scilicet fides et spes, non excluduntur per unum actum peccati mortalis, immo remanent informes»; ad 5 (p. 196*b*): «Ad quintum dicendum quod caritas importat unionem quamdam ad Deum, non autem fides neque spes... Omne peccatum mortale contrariatur caritati, non autem omne peccatum mortale contrariatur fidei vel spei».

sent in patria: manebit enim tunc perfecta gratia, – et ita virtutes omnes, secundum illam opinionem[7].

[B. – OPINIO PROPRIA, IAM AB ALIIS PROPOSITA]

8 Ideo est alia opinio, quae dicit quod gratia formaliter est virtus [3] quae est caritas[8], quia quaecumque excellentiae attribuuntur caritati, et[9] gratiae, – et e converso: utraque enim aequaliter « dividit inter filios regni et perditionis » (XV *De Trinitate*[10] cap. 18), utraque etiam est forma virtutum et neutra potest esse informis, utraque coniungit fini ultimo perfecta coniunctione qualis potest esse in via; et si ponerentur distincta, alterum superflueret, quia reliquum sufficeret[11].

---

APSVZBNYOQ(γμυ)

33 in patria *om*. PZ$^{*}$ | manebit — gratia] quia tunc g. m. perfecta Q | perfecta gratia] *ante* tunc O g. p. B  34 omnes] *ante* virtutes (33) Q *om*. YO | illam opinionem] o. i. Q  36 *adnot*. Opinio Henrici Z | Ideo — opinio *om*. V | Ideo est] Item etiam A | opinio *om*. Q  37 quae] quia P  38 aequaliter] essentialiter N  38-39 filios *rep. post* et (39) AY  39 regni ... perditionis] p. ... r. Y | De Trinitate] De civitate (*add*. Dei V) *codd. edd*. | 18] *spat. vac*. Y *om*. O | etiam] *rep. post* utraque (40) Y enim B  40 iniungit Q$^{+}$  41 fini ultimo] u. f. V | coniunctione] *ante* perfecta Q mutatione Z | qualis] sicut Q  41-42 poneretur PBYO  42 altera Q | superfluet Z | reliqua sufficerent Q

F 39 AUGUST., *De Trin*. XV c. 18 n. 32 (CCL 50A, 507; PL 42, 1082): «Nullum est isto Dei dono [scil. caritate] excellentius; solum est quod dividit inter filios regni aeterni et filios perditionis aeternae»; *Enchiridion* c. 25 n. 99 [c. 99 n. 25] (CCL 46, 102; PL 40, 278): «Sola enim gratia redemptos discernit a perditis»; *De correptione et gratia* c. 7 n. 12 (PL 44, 923): «Discernuntur autem [homines] non meritis suis, sed per gratiam Mediatoris»; *De praedest. sanct*. c. 5 n. 10 (PL 44, 968): «Gratia... bonos discernit a malis».

T [7] Cf. HENRICUS GAND., *Quodl*. IV q. 10 in corp. (f. 100C): «Si ita esset ut dicit illa opinio [cf. nota 5] cum gratia secundum omnes gradus suos manet in patria, maneret ergo in ea fides et spes sicut et caritas; et si non in ratione sui respectus ad obiectum..., manerent tamen ratione sui esse absoluti in essentia gratiae, secundum proprios gradus, – et sic verius manerent quam deficerent, quod non credimus esse tenendum». [8] Cf. DUNS SCOTUS, *Lectura* II d. 27 n. 1-2 (XIX 271): «... quaeritur utrum gratia sit virtus. Respondeo quod sic, non tantum per identitatem [realem], sed formaliter; est enim formaliter caritas». [9] scil. attribuuntur et. [10] Loco «De Trinitate» codices erronee tradunt «De civitate»; cf. tamen DUNS SCOTUS, *Rep*. II A d. 27 q. un., ubi recte «De Trinitate» habetur. [11] Hanc eandem opinionem iam tenuerant HENRICUS GAND., *Quodl*. IV q. 10 in corp. (f. 100F): «Impossibile... est ponere gratiam esse aliud quam caritatem»; ibid. (f. 100G): «Si... utrumque eorum sufficit sine altero ad omne bonum perficiendum, alterum ergo superfluit... Nullo ergo modo poni debet gratia esse aliquid aliud re a caritate»; RAYMUNDUS RIGALDUS, *Quodl*. III q. 26 in corp. (cod. Tudert., commun. 98, f. 17*vb*): «Mihi autem videtur ad praesens prima opinio... esse tenenda, quod scilicet gratia et caritas sunt idem re, differentes respectu et ratione»; opinio sic confirmatur ibid.: «Primo quidem, quia sicut

Et secundum hoc potest teneri opinio M a g i s t r i (sicut tenebatur distinctione 17 I[12]) quod Spiritus Sanctus non per alium habitum distinctum a caritate movet voluntatem ad diligendum Deum meritorie, distinctum ab illo habitu quo et inhabitat; ille enim quo animam inhabitat, est gratia, et ipsa est caritas. Et eodem habitu quo Spiritus Sanctus inhabitat animam, voluntas inclinatur in suum actum meritorium; non sic autem eodem habitu quo Spiritus Sanctus inhabitat, credit omnia et sperat, sed aliis habitibus imperfectis, quia actus istorum habituum requirunt imperfectionem. 9

Sed ex hoc videtur sequi distinctio inter gratiam et caritatem, quia caritas est perfectio simpliciter, – alias enim non formaliter competeret Deo, qui secundum Ioannem est caritas: *Deus caritas est*; gratia autem non est perfectio simpliciter, nec formaliter ponitur in Deo; ergo etc.[13]. 10

[4] Responsio: 11

Caritas dicitur qua habens eam habet Deum 'carum', ita quod ipsa respicit Deum non in ratione diligentis sed in ratione diligibilis; gratia est qua Deus habet aliquem 'gratum', ita quod ipsa respicit

---

APSVZBNYOQ(γμυ)

43 secundum *om.* A 43-44 tenebatur] ponebatur Q 44 I] *om.* P *add.* libri A | quod] quia PVYQ | Spiritus] sr. s^es (!) S | Sanctus non] *comp.* A n. Q 44-45 habitum distinctum] d. h. V 45-46 a — distinctum *om.* P 46 distinctum] *praem.* et Q *om.* V | et] etiam ZB *om.* P* | et — quo² *om.* Q | enim *om.* A | animam] anima B *om.* PZ 47 est] *praem.* qui Q | ipse N | eodem] *add.* modo S | quo] *post* animam (48) V *rep.* S 47-48 Spiritus — animam] scilicet inhabitat Sp. Sanctus B | Spiritus Sanctus *om.* V 48-49 animam — inhabitat *om.* Z'Q 48 voluntas inclinatur] i. v. Y | in] ad A 49 Spiritus Sanctus inhabitat] scilicet i. Sp. S. B 50-51 istorum] illorum AP 51 habitum B* | requirunt] requiruntur O concludunt Y 52 gratiam et caritatem] c. et g. Q c. V 53 alias] aliter A | formaliter] *ante* non Y *post* competeret (54) Q *om.* A 54 Deus — est *om.* YQ 56 etc. *om.* Q 58 dicitur] Dei PZ | qua] quia A⁺ contra S | habet] dicitur habere Y | habet Deum] *post* carum V D. h. B | carum] earum P* 59 diligentis] diligibilitatis B 60 gratia] *praem.* et V *add.* vero B | qua] quae P* quo O*

F 43 LOMBARDUS, *Sent.* I d. 17 c. 6 n. 8-9 (SB IV 151-152). 54 I Ioan. 4, 16.

impossibile est aliquem carum non esse gratum, vel gratum non esse carum, sic impossibile est alio esse carum et [alio] gratum. Secundo, quia tam gratiā quam caritate attingitur idem finis, scilicet gloria... Rursus, ad assecutionem [finis] sufficeret sola gratia, licet non attribueretur caritati; si neutra per se sufficeret, utrumque esset donum perfectum...; si autem utrumque sufficit, alterum omnino superfluit, – quod non est Deo attribuendum»; aliique.

T [12] Cf. DUNS SCOTUS, *Ordinatio* I d. 17 n. 167-168 (V 218). [13] Instantia haec (n. 10) conficitur ex dictis HENRICI GAND., *Quodl.* IV q. 10 in corp. (f. 101H-K).

Deum acceptantem sive diligentem, non autem dilectum. Non autem dicitur 'gratia' quodcumque propter quod Deus diligit (quia tunc essentia divina in Filio posset dici gratia, quia propter eam diligit Filium), – sed illud propter quod Deus acceptat habens[14] ut dignum beatitudine (dignitate quae est in correspondentia meriti ad praemium), illud dicitur 'gratia'; et ita aliquam imperfectionem includit illud quod est gratia, quia talis dignitas aliquam imperfectionem ponit in digno, quia non est per se beatus.

12 Sic ergo possumus concedere quod licet idem absolutum sit in anima per quod anima diligit Deum ut obiectum, et per quod acceptatur speciali acceptatione ut ordinat eam[15] ad beatitudinem, – tamen alia et alia est ratio in isto absoluto in quantum sic et sic respicit Deum: et una ratio, prima scilicet et principalis, sibi competit ut est perfectio simpliciter, alia competit sibi in quantum est perfectio limitata, – et ita appropriate secundum primam dicitur 'caritas', secundum secundam dicitur 'gratia'; et ut sic, omnis gratia est caritas, licet non e converso.

13 Nec tamen ista distinctio rationum vel non-convertibilitas concludit quod ubi concurrunt in eadem anima gratia et caritas, quod sint distincta secundum formam, – sicut licet 'sapientia' sit perfectio simpliciter et 'sapientia talis' sit perfectio limitata, ubi tamen con-

---

APSVZBNYOQ(γμυ)

61 sive] vel Z | dilectum] dilectio PZ 62 dicitur gratia] g. d. O | quodcumque] quemcumque V omne illud Q 63 dici] *add.* in Q⁺ | diligit] *add.* Deus Q 64 habens *om.* V 65 quae] qua (*sed ponit signum attentionis* x P²) P | in *om.* Q 65-66 praemium] *comp.* S 66 illud] ideo N | illud — gratia *om.* PZ | ita] illa Y | aliquam] *comp.* S 66-67 aliquam — gratia] illud quod est g. includit a. imperfectionem Q 66 perfectionem V 67 quia — imperfectionem *om.* Q 68 est *om.* YOQ 69 idem] ibi idem V illud Y 69-70 in anima *om.* Q 70 ut obiectum, et *om.* S 71 speciali acceptatione] *praem.* a Deo Y *add.* a Deo Q | ut ordinat eam] et ordinatur Q *edd.* ut o. eum *rell.* 71-72 tamen alia] cum alio Y *praem.* et S | alia¹ — ratio] alio et alio modo est V | et alia *om.* Q | est ratio] r. e. YOQ | isto] illo O | et sic *om.* Z* 73 prima scilicet] sc. p. Q | et] *in ras.* B² erit Y *om.* V | principaliter V | sibi competit] c. s. Q c. ei Y 74 alia] *add.* perfectio Q *add.* ratio YO | in quantum] ut Q 75 ita] ista S | primam] *add.* opinionem A 75-76 caritas — dicitur *om.* V 76 gratia¹] caritas N² | et] *om.* O *add.* ita V | ut] nec S | omnis] *comp.* B⁺ 78 tamen] *add.* nec O⁺ 79 ubi] non V | in eadem anima *post* caritas Q | anima gratia] g. a. Z⁺ 80 sint] sit PV 81 perfectio *om.* V | tamen] non S est O

T [14] id est: acceptat aliquem habens eum. [15] scil. animam. – Loco «eam» codices erronee tradunt «eum».

currunt non sequitur quod haec ab illa sit distincta formā (vel secundum formam), et tamen sunt distincta ab invicem formaliter: idem enim est quod est in intellectu meo scientia et quod est acquisitum per doctrinam, et tamen in Deo est sapientia et non talis aliquis habitus limitatus. Dicunt igitur eandem rem, aliter tamen et aliter acceptam.

Nec tantum sic differunt, sed in respectu connotato, – quia illud 14
absolutum quod dicunt, potest considerari ut est habenti principium operandi, et sic non dicit imperfectionem: et isto modo potest esse in Deo, et hoc modo dicitur 'caritas'; alio modo potest considerari ut est obiectum Dei in me, prout Deus me habet carum, et sic determinat obiectum et dicitur 'gratia'[16].

## [II. – Ad rationem principalem]

Ad rationem[17] dicendum quod virtutes acquisitae morales perfi- 15
ciunt in ordine ad lumen quoddam quod potest dici 'prudentia', quae non perficit in ordine ad aliud lumen nisi intellectus agentis; prudentia tamen virtus est. Sic in proposito: virtutes supernaturales perficiunt in ordine ad virtutem quae est caritas, – et illa, ulterius, in ordine ad finem supernaturalem.

---

APSVZBNYOQ(γμυ)

82 ab] et A *om.* Q | illa] ista V *om.* Q | distincta forma] f. d. ab illo Q formaliter d. V | vel] sive quod sint distincta Q 83 et tamen] licet Q | sunt] sint VQ | ab invicem *om.* Q 84 enim est] est enim O | $est^2$ *om.* V | meo *om.* Y 85 non] *add.* est V | talis *post* limitatus (86) A 85-86 talis aliquis habitus] t. h. a. PZ a. (alius O) t. h. VYOQ 86-87 Dicunt — acceptam *om.* Q 86-100 Dicunt — supernaturalem *om.* YO; ¶ *adnot.* Ad primum argumentum deficit solutio hic $O^2$ 86 et *om.* $P^*$ 88 *adnot.* Nota bene opinionem propriam, quod gratia et caritas differunt per respectus connotatos, pro Ockham $A^1$ | Nec — connotato] Differunt etiam in ratione connotati Q | tantum] tamen AV | respectu] intellectu B 89 quod dicunt *om.* Q | est] inest A 90 non *om.* V | perfectionem $P^*$Z 90-91 isto modo ... hoc modo *om.* Q 91 alio — potest] p. etiam Q 92 est *om.* Q | me] *ante* Deus A *post* habet BQ 93 gratia] *add.* est tamen idem re APZB 95 rationem] rationes AVN argumentum Q | acquisitae morales] m. a. A 96 quoddam] *ante* lumen Q quod dicitur V *praem.* aliud S | quod *om.* $Z^+$ | dici] de Q 97-98 quae — prudentia *om.* $P^2$ 97 quae] qui V 98 prudentia] *comp.* S prima V | virtus est] e. v. Q | Sic] simplex V 99 et *om.* S | illa] ita $N^1$ ista $N^2$ | ulterius] alterius $Z^*$

T [16] De praedictis (n. 12-14) cf. Duns Scotus, *Ordinatio* I d. 17 n. 115-118 (V 196-197). [17] Cf. supra n. 2.

# [DISTINCTIO VIGESIMA OCTAVA

## QUAESTIO UNICA

### UTRUM LIBERUM ARBITRIUM HOMINIS SINE GRATIA POSSIT CAVERE OMNE PECCATUM MORTALE]

un.] [1] Circa distinctionem vigesimam octavam quaero[a] de errore P e l a g i i[1], utrum liberum arbitrium hominis sine gratia possit cavere omne peccatum mortale[2]. 1

Quod sic: 2

Ad Rom. 2: Gentes, *quae legem non habent, sibi factae sunt lex*, – ubi videtur Apostolus increpare Iudaeos in hoc quod gentiles sine lege data servabant legem; ergo cavebant ab omni peccato, et tamen videtur quod non habuerunt gratiam.

Praeterea, A u g u s t i n u s III *De libero arbitrio*: 'Nullus peccat in eo quod vitare non potest'; aliquod peccatum non potest vitari[b]; ergo etc. 3

---

[a] *Loco* Circa – quaero *textus interpolatus*: « Id vero inconcusse »[1*]. Circa distinctionem istam vigesimam octavam, in qua Magister agit de insufficientia liberi arbitrii sine gratia[2*], quaeritur.

[b] *Loco* aliquod – vitari *textus interpolatus*: aut igitur aliquis potest vitare

APSVZBNYOQ(γμυ)

5 *adnot.* Dist. 28 A[1] *et alii* 5 *et* 1*-3*: Circa — quaero (5) = APSVZBNYOγ Id (1*) — quaeritur (3*) Qμυ 6 liberum] illum S[+] | possit] *ante* gratia S[+] posset YO 7 peccatum mortale] m. p. B 8 Quod] Quoad P[+] 9 Ad *om.* V | Ad Rom.] Ad Io. (!) O′ Apostolus Rom. *text. et mg.* O[2] | quae] quale (!) Y | legem] *comp.* O[+] | sibi — lex] etc. YQ | factae] facere P[:] 10 ubi] unde N | Apostolus] *ante* videtur Q *om.* A | increpare] vituperare A | in] et O* | in hoc *ante* increpare N 11 servant Y 12 non *ante* videtur Y | habuerint N 13 Augustinus] *add.* in A 14 *et* 4*-6* *et* 6*-7*: aliquod — vitari (14) = SVNYO aut (4*) — propositum (6*) APZBN[2] *edd.* (¶ *text. sign. tribus punctis* ∴ μ) igitur (6*) — possit (7*) Q *edd.* 14 non[2] *om.* N

4* aut — aliquis *ante* aliquod (14) N[2]

F 9 Rom. 2, 14: «Cum enim gentes, quae legem non habent, naturaliter ea quae legis sunt faciunt, eiusmodi legem non habentes ipsi sibi sunt lex». *13* AUGUST., *De libero arb.* III c. 18 n. 171 [n. 50] (CCL 29, 304; PL 32, 1295): «Quis enim peccat in eo quod nullo modo caveri potest? Peccatur autem; caveri igitur potest». – Cf. *Retract.* I c. 9 n. 3 (CCL 57, 26; PL 32, 596).

T [1] Cf. LOMBARDUS, *Sent.* II d. 28 (SB IV 487-491). [2] Cf. DUNS SCOTUS, *Lectura* II d. 28 q. un.; *Rep.* II A d. 28 q. un.

[1*] LOMBARDUS, *Sent.* II d. 28 c. 1 n. 1 (SB IV 487). [2*] Cf. supra nota 1.

4 Item, Anselmus *De libertate arbitrii*: 'Liberum arbitrium est potestas servandi rectitudinem propter se'; ergo manente libero arbitrio, manet potestas eius.

5 Contra:

In hoc videtur esse haeresis pelagiana, quod liberum arbitrium sufficiat sine gratia.

6 Item, haec haeresis videtur potissime increpata ab Augustino *De perfectione*[3] *iustitiae* (quaere)[4].

7 Item, Gregorius *Moralium* XXV, super illud Iob *Conteret multos et innumerabiles*: « Peccatum quod per poenitentiam non deletur, mox suo pondere ad aliud trahit ».

---

5* peccatum sine gratia, aut non: si non, igitur non peccat; si sic, habeo propositum. *Loco* aliquod – vitari (14) *alius textus interpolatus*: igitur nullum peccatum est quod vitari non possit[3*].

APSVZBNYOQ(γμυ)

16 Item] Praeterea Q | libertate arbitrii] libero arbitrio YQ *add.* cap. 3 (*add. ulterius* dicit quod PZ) APZ 17 manente *in corr.* S[1] 18 potestas eius] e. p. Q 20 In hoc] Haec YO Quia Q | videtur — pelagiana *post* gratia (21) Q | esse *post* haeresis PBYO *post* pelagiana V *om.* AQ | Pelagii V 21-22 sufficiat — haeresis *om.* B[2] 22 haec *om.* PVNYO | haeresis] *add.* pelagiana B[2] 23 perfectione] rectitudine *codd. edd.* | quaere] quare etc. V ergo etc. Z *add.* etc. P 24 Item] Praeterea Q 24-25 Item — innumerabiles] It. Gregorius in homilia μυ; *in mg. not.* Alius liber: Item, Gregorius in Moralibus libro XXV cap. 10, super illud Iob 34 'Conteret multos' etc. μ 24 Moralium = APZB in (*om.* SNO*) homilia (h.] *comp.* Y) *rell.* | XXV = A(*ante* Moralium)PZB *spat. vac.* N[1] XV N[2] 24-25 super — innumerabiles = APZBN[2] 25 Peccatum] *add.* dicit PZN[2] | per poenitentiam] poenitentia SBOQ | deletur] diluitur Y 26 trahit] *add.* Et idem in Moralibus libro XXV cap. 10, super Iob 34 'Conteret multos' etc. υ

5* aut] vel PZB | si non] sine P* | si[2]] sine P*

F 16 ANSELMUS, *De libertate arb.* c. 13 (ed. SCHMITT I 225; PL 158, 505): «Libertas arbitrii est potestas servandi rectitudinem voluntatis propter ipsam rectitudinem». *22* Errorem Pelagii, qui docebat hominem sine gratia posse adimplere omnia divina mandata, exponit AUGUST., *De haeresibus* c. 88 n. 2 (CCL 46, 340; PL 42, 47-48), eumque fuse improbat in opere *De perfectione iustitiae hominis* c. 2-7 n. 1-16 (CSEL 42, 4-14; PL 44, 293-299). *24-26* GREGORIUS, *Moral.* XXV c. 9 n. 22 (CCL 143B, 1247; PL 76, 334): «Peccatum namque quod poenitentia non diluit, ipso suo pondere mox ad aliud trahit»; Iob 34, 24-25: «Conteret multos et innumerabiles, et stare faciet alios pro eis. Novit enim opera eorum, et idcirco inducet noctem, et conterentur» (verba Gregorii inveniuntur in expositione versiculi 25 [«Novit enim» etc.]).

T [3] Loco «perfectione» codices erronee tradunt «rectitudine»; causa erroris est littera initialis compendii. [4] Cf. HENRICUS GAND., *Quodl.* V q. 20 in corp. (f. 196Z): «Dixerunt aliqui haeretici quod homo in mortali absque gratia posset propriis viribus perdurare et non peccare [ulterius] mortaliter...; quod Augustinus in libris suis sufficienter improbat contra pelagianos, maxime 'De perfectione iustitiae'».

[3*] Codices qui hos textus (lin. 4*-7*) habent, omittunt minorem, ad quam tamen (simul cum aliis codicibus) remittunt in responsione infra n. 28.

### [I. – Ad quaestionem
### A. – Opinio aliorum dupliciter proposita]

[2] Hic dicitur, propter verba Augustini quae adducit contra 8
pelagianos, quod non possit caveri ab omni peccato sine gratia.

Sed hoc diversimode ponitur: 9

Uno modo quod liberum arbitrium posset vitare sine gratia singula peccata mortalia, non tamen omnia. Exemplum ponitur de exsistente in vase perforato[5], quod licet possit quodlibet singulorum foraminum obstruere, non tamen omnia: dum enim unum obstruit, relinquitur aliud patens.

---

APSVZBNYOQ(γμυ)

29 *adnot.* Opinio Bonaventurae V² | Hic] Hoc A | propter verba] ratione verborum SVBN | adducuntur V  30 quod] *ante* propter (29) YOQ *rep. ante* propter (29) SN | possit] potest S²VNQ *om.* S´ | ab omni peccato] a p. V omne peccatum Q  31 diversimode] diversi fide (!) O*  32 quod — arbitrium *om.* Y | posset] possit Q potest V | sine gratia *om.* VNYOQ  33 singula = NYOQ(*post* mortalia Q) *edd.* singularia V | peccata *om.* A | tamen] autem B  33-35 Exemplum — omnia *om.* P²  34 posset AV  35 obstruere] *in corr.* B² obturare *ante* foraminum Y | non — omnia *om.* Y | dum enim] *comp.* P² quia d. Q | unum *om.* Y  35-36 obstruit] obstruxit Y obstruitur VZN abstrahitur A  36 relinquitur] reliquum P* reliquum r. N requiritur V

F *29-30* Thomas, *Summa theol.* I-II q. 113 a. 2 ad 1 (VII 329*b*): «Licet, antequam homo peccet, potuerit esse sine gratia et sine culpa, tamen post peccatum non potest esse sine culpa nisi gratiam habeat»; Henricus Gand., *Quodl.* V q. 20 in corp. (f. 196B): «Liberum arbitrium hominis..., ut exponitur tentationibus sibi occurrentibus..., diu sibi cavere non potest quin necesse sit quod aut in mortale incidat satis cito, aut quod a Deo gratiam – qua perfecte sibi cavere potest et qua a mortali liberatur – recipiat». Hominem, in statu naturae corruptae, sine gratia non posse diu vitare peccatum mortale, tenent etiam Richardus de Mediav., *Sent.* II d. 28 princ. 2 q. 2 in corp. (II f. 117*vb*) et Gualterus Brugensis, *Quaestiones disp.* q. 7 in corp. (PhB X 70-71). – Olim Thomas, *Sent.* II d. 28 q. 1 a. 2 in corp. (ed. Parmen. VI 640*b*-641*a*) contrariam opinionem tenuerat, dicens: «Peccatum autem committendum potest homo vitare etiam sine gratia, quantumcumque in peccato mortali exsistat».  *32-33* Thomas, *Summa theol.* I-II q. 109 a. 8 in corp. (VII 303*a*): «Antequam hominis ratio, in qua est peccatum mortale, reparetur per gratiam iustificantem, potest [homo] singula peccata mortalia vitare et secundum aliquod tempus...; sed quod diu maneat absque peccato mortali, esse non potest»; *De veritate* q. 24 a. 12 in corp. (XXII³ 717*a*); ad 1 (p. 718*a*).  *33-36* Exemplum navis perforatae adducit Alexander Hal., *Summa theol.* III n. 635 ad 1 (IV 1005*b*), qui tamen illud refert tantum ad impossibilitatem cavendi omne peccatum veniale ex parte hominis gratiam habentis. Idem exemplum alii post ipsum referunt, inter quos Henricus Gand., *Quodl.* VI q. 11 in corp. (AMPh s. 2, X 134), qui tamen illud refert ad hominem exsistentem in statu innocentiae, «in pura naturali rectitudine», absque omni dono spernaturali.

T [5] scil. in navi perforata. «Vas» in medii aevi latinitate navem significabat; inde etiam «vasellum» (italice: «vascello»).

10 Alio modo dicitur quod liberum arbitrium potest considerari dupliciter: uno modo ante deliberationem et tempus deliberationis, vel post utrumque (scilicet tempus deliberationis et ipsam deliberationem); vel tertio modo, post tempus deliberationis elapsum, non autem deliberationem habitam. Primo modo ponitur non posse peccare mortaliter, sed venialiter. Secundo modo ponitur posse vitare omne peccatum mortale, post deliberationem habitam. Tertio modo dicitur non posse cavere – si sit in peccato mortali – propter defectum intellectus ante tempus deliberandi, propter quod non recte deliberabit licet transeat tempus in quo potuit haberi deliberatio; et ita tenebitur quod quando transit tempus conveniens deliberationi, si non tunc deliberet, est consensus interpretativus.

### [B. – OPINIONIS IMPROBATIO
### 1. – CONTRA CONCLUSIONEM IN SE]

11 Contra istud arguitur et primo contra conclusionem[6], quia pecca- [3]
tum mortale non est nisi in transgrediendo praeceptum Dei, secundum Augustinum *Contra Faustum* libro XXII et habetur distinctione 35; qui autem – secundum Hieronymum – dicit

---

APSVZBNYOQ(γμυ)

38 tripliciter $O^{2}$ | et — deliberationis *om.* B 39 vel] et O secundo modo Q | utramque Y 39-40 et ipsam deliberationem] et d. i. Y d. et *ante* tempus (39) AQ 40 tertio] alio V 40-41 non autem] n. ante B ante n. $P^{*}$ *add.* ante A *add.* post VYQ 41-42 non — ponitur *om.* $A^{+}$ 42 vitare] *add.* etiam B 44 dicitur] ponitur AO | cavere] *add.* ab omni peccato $BN^{2}$ | in — mortali] peccatum mortale V 45 intellectus] *add.* deliberantis $APZBN^{2}$ | deliberandi] *ante* tempus Y diligendi A | propter quod] pertransitum (*om.* $N^{*}$) in quo APZBN | non] nec Z *om.* $O^{*}$ 45-46 deliberabit] deliberabat A deliberat B 46 in *rep.* Y | possit S 47 quod] quia APSZYQ | tempus *om.* $O^{*}$ | deliberationi] deliberationis Q 48 tunc] *ante* non B *post* deliberet Q | est consensus] eius (est $P^{2}$) consensum (*sed pon. signum attentionis* + $P^{2}$) P 51 istud] illud A hoc YQ | arguo O | et *om.* SB | conclusionem] rationem B 52 mortale] *ante* peccatum (51-52) A *om.* $P^{*}$ | in *om.* AVB | praeceptum Dei] Dei p. V 52-54 secundum — 35 = APZB *in mg,* (*notando*: Alius liber μ alias υ) *edd.* 53 XXII] XXI A *add.* b B 54 35] 25 AB | qui — Hieronymum] sed secundum Hier., qui Q

F *37-48* HENRICUS GAND., *Quodl.* VI q. 32 in corp. (AMPh s. 2, X 269-270. 271); BONAV., *Sent.* II d. 24 pars 2 a. 2 q. 2 in corp. (II 581*ab*). *53-54* AUGUST., *Contra Faustum* XXII c. 27 (CSEL $25^{1}$, 621; PL 42, 418): «Peccatum est factum vel dictum vel concupitum aliquid, contra aeternam legem»; LOMBARDUS, *Sent.* II d. 35 c. 1 n. 1 (SB IV 529). *54-55* Potius PELAGIUS, *Libellus fidei, ad Innocentium papam* n. 10 (PL 45, 1718): «Exsecramus etiam eorum blasphemiam qui dicunt impossibile aliquid homini a Deo praeceptum esse».

T [6] Cf. supra n. 8.

Deum praecepisse impossibilia, anathema sit[7]; ergo sicut potest unum peccatum vitare et transgressionem unius praecepti, sic et quodlibet.

R e s p o n d e t u r quod exsistenti in peccato mortali possibile 12
non est servare praeceptum dum manet in peccato, sed possibile est ipsum praeparare et disponere se ad gratiam, qua datā potest servare praeceptum; et ita si non praepararet se, illa impraeparatio imputaretur sibi ad peccatum, sicut exemplificat A n s e l m u s de proiciente se in puteum[8].

A l i a r e s p o n s i o – quod licet manens in peccato mortali 13
possit servare praeceptum quantum ad expletionem, non tamen quantum ad intentionem mandantis, quia intentio mandantis fuit quod consequeretur finem per eam[9]; non autem per illorum[10] observationem consequitur quis finem nisi conservet[11] illa ex caritate.

---

APSVZBNYOQ(γμυ)

55 impossibile Y  55-56 ergo — quodlibet = APZB  56 transgressionem unius] transgredi unu (!) B  57 impossibile Z  58 non *om.* YOQ | praeceptum *om.* $P^2$ | dum] non autem ut (ut *om.* $O^*$) VYOQ  59 praeparare] principaliter p. B | data] *comp.* $O^2$  60 praeparet Y | se *om.* $O^*$ | illa] ista A | impraeparatio] *ante* illa Q praeparatio V negligentia Y  61 ad] in O | sicut] ut Q  61-62 de — puteum] de pro (!) $N^*$(*partim in mg.*) de O d. $SB^1Y$ d. d. B′ *om.* VQ  62 puteum] foveam N?  63 responsio] *add.* dicit B  64 quantum] in q. O | expletionem] explicationem S *praem.* eius VYOQ | tamen] tantum Z  65 quantum *om.* Y | mandantis ... mandantis *in corr.* $O^2$ | mandantis fuit] f. m. PZ sua est Y  66 quod] quia $P^2$ ut YOQ *om.* $S^*$ | sequeretur Z  66-67 non — finem] scilicet praeceptorum observantiam, quod non fit Q  66 illorum] illarum PSO illam B istam V illa Y  67 quis] aliquis O | conservet illa] servet ista (i.] ea Q) VQ

F *57-61* THOMAS, *Sent.* II d. 28 q. 1 a. 4 in corp. (ed. Parmen. VI 643*a*): «Ad gratiam gratum facientem habendam ex solo libero arbitrio se homo potest praeparare: faciendo enim quod in se est, gratiam a Deo consequitur»; d. 5 q. 2 a. 1 in corp. (p. 435*b*); *Summa contra gent.* III c. 159 (XIV 465*b*): «Licet aliquis per motum liberi arbitrii divinam gratiam nec promereri nec advocare [*in editione*: advocari] possit, potest tamen se ipsum impedire ne eam recipiat... Et cum hoc sit in potestate liberi arbitrii, impedire divinae gratiae receptionem vel non impedire, non immerito in culpam imputatur ei qui impedimentum praestat gratiae receptioni»; *Summa theol.* I-II q. 109 a. 8 ad 1 (VII 303*b*)): «Ex eius defectu est quod homo se ad gratiam habendam non praeparet». Idem tenet ALEXANDER HAL., *Summa theol.* III n. 629 ad 5-6 (IV 995*ab*); n. 630 in corp. (p. 996*b*). *61* ANSELMUS, *Cur Deus homo* I c. 24 (ed. SCHMITT II 92; PL 158, 396). *63-67* BONAV., *Sent.* II d. 28 a. 1 q. 3 in corp. (II 680*a*).

T [7] Pelagii opus *Libellus fidei*, sub titulo *Symboli* [seu *Fidei*] *explanatio ad Damasum*, olim inter Hieronymi opera computabatur. Cf. LOMBARDUS, *Sent.* II d. 36 c. 6 n. 3 (SB IV 542); BONAV., *Sent.* II d. 28 dub. 3 (II 691*b*); THOMAS, *Sent.* III d. 36 q. 1 a. 6 arg. in opp. (ed. Parmen. VII 419*b*). [8] Cf. BONAV., *Sent.* II d. 28 dub. 3 (II 692*a*): «Aliter etiam consuevit responderi quod praedicta verba [scil. Augustini (cf. supra n. 3)] intelliguntur de impotentia naturali, non de illa impotentia in quam homo ex culpa sua se ipsum intrusit, – sicut Anselmus ponit exemplum de servo, qui debuit ire ad nundinas et praecipitavit se ipsum in foveam». [9] scil. per praecepti expletionem. [10] scil praeceptorum. [11] scil. observet.

14 Contra istud[12]:

Si Deus praecipiens intendebat quemlibet obligare ad servandum praeceptum ex caritate, igitur quicumque faciens opus praecepti et non ex caritate, peccat mortaliter, – et hoc[13] tam de praecepto negativo, ad quod tenetur semper et pro semper (et si teneatur ad illud ex caritate, quando illud servat non ex caritate, peccat mortaliter), quam[c] de praecepto affirmativo, ad quod tenetur pro aliquando (si pro tunc non servat ex caritate, peccat mortaliter); et ita quicumque commisit peccatum mortale, si postea non occidit 'quia Deus praecepit non occidere', si non furetur 'quia Deus praecepit non furari', peccat mortaliter, – si servat sabbatum 'quia Deus praecepit', peccat mortaliter. Hoc dicere non videtur aliud quam pervertere omnes qui [4] semel commiserunt peccatum mortale, ut nullum bonum opus ex genere[14] postea faciant (ad quod tamen alias sunt adstricti[15]), cum tamen suadendi sint et monendi ad oppositum, – ut scilicet faciant bona opera ex genere, quia illa disponunt eos ad gratiam citius et facilius obtinendam.

15 Similiter, exsistens in caritate potest facere aliquod opus praecep-

---

[c] *Loco* quam *a Duns Scoto ponitur*: similiter[4*].

APSVZBNYOQ(γμυ)

68 istud *om.* YOQ   69 quemlibet obligare] o. q. A | ad *om.* Q | observandum AQ   70 praecepta Q | quaecumque SB   71 hoc] haec SO   72 et pro semper *om.* YO | ad illud] *post* caritate (73) N *add.* servandum Q   74 *et* 8*: quam (74) = υ similiter (8*) *codd.* (*om.* N) γμ   74-75 quam — mortaliter *om.* N   74 si] scilicet Y   75 non servat] s. n. Q *praem.* quo Y   76 commisit] commiserit A peccavit Q | peccatum mortale] mortaliter Q | si] sed Z | si postea *om.* $O^*$ | occidat A   76-77 praecepit] praecipit PO   77 si] *add.* etiam $YO^2$ | si — praecepit] vel non furetur *ante* quia (76) Q | quia *in corr.* $O^2$ | praecipit O | non³] *praem.* et Q   78 si] *praem.* similiter Q *add.* non B   78-79 si — mortaliter *om.* NY   78 servat sabbatum] sab. serv. A | Deus] *add.* hoc Q   79 Hoc] Haec O | non *om.* $O^*$ | aliud] ad $O^*$ | quam] quod Q | omnis (!) S   80 commiserunt — mortale] mortaliter peccaverunt Q   81 faciant] *ante* postea O faciat Q | ad] aliud $P^*$ | adstricti] constricti O | cum *rescr.* $P^2$   82 suadendi *in corr.* $N^1$ | sint] *post* monendi PZQ sunt A | ad oppositum] ad bonum S *om.* PZ | scilicet] *ante* ut Y *om.* PZ   82-83 bona opera] o. b. Q   83 illa] ista Y | eos] illos $APV^2$ *om.* $V'$   85 opus *om.* $P^*$   85-86 praecepti *om.* Q

T [12] Primo (n. 14-15) arguitur contra secundam responsionem (n. 13), secundo (n. 16) contra primam (n. 12).   [13] supple: loquendo.   [14] De bonitate ex genere cf. supra d. 7 n. 28-29.   [15] Cf. infra d. 34-37 n. 47.

[4*] Praecedens «tam» (lin. 71) exigit post se correlativum «quam». Duns Scotus tamen, non in stili elegantia sed totus in sua doctrina tradenda intentus, sequens textum *Lecturae*, scripsit «similiter»; cf. DUNS SCOTUS, *Lectura* II d. 28 n. 14 (XIX 277, 8): «similiter, quod homo...».

ti, non tunc motus ex caritate sed ex pietate et mansuetudine naturali (vel ex aliquo alio), non ferendo tunc actualiter in finem ultimum, ita quod impletio illa operis praecepti non esset sibi meritoria. Quod si etiam teneretur servare praeceptum secundum intentionem mandantis, quomodo igitur posset pertingere ad finem? Teneretur tunc ad meritum, et tunc peccaret mortaliter faciendo tale opus (quod est bonum ex genere et praecepto), quod est absurdum!

Per idem arguitur contra primam responsionem[16], quia ponamus 16
quod non disponat se aliquis ad gratiam sed tunc stat in culpa, non potest se servare a culpa; ergo pro tunc est sibi impossibile servare se
[4] a culpa, – quod est falsum, quia omnis culpa est voluntaria. Si autem pro tunc potest servare (quod saltem videtur manifestum quantum ad genus operis praecepti), redit argumentum prius factum[17], quod sufficit ad excusandum eum a peccato mortali.

### [2. – Contra duas opinionis vias in speciali]

[5] Contra istas duas vias arguo in speciali, et primo contra primam[18]: 17
Si in hoc tempore potest cavere ab hoc peccato mortali et illo peccato mortali, et dum cavet hoc, cavet omne (et similiter de tempore consequente, et sic de 'semper'), – ergo si potest cavere hoc et

APSVZBNYOQ(γμυ)

86 tunc] tamen O *praem.* tamen VY | motus *om.* Y | mansuetudine] mensuratione B 86-87 naturali *ante* et (86) N 87 aliquo *om.* Y | ferendo] fiendo vel ferendo A´ ferendo vel fiendo A$^{1}$ referendo VYOQ 87-88 ultimum] universalem V 88 illa] *ante* impletio YQ ista V | operis praecepti *om.* V 89 Quod *om.* Y | si] *post* etiam V sicut A | etiam *om.* AYOQ 89-90 servare — Teneretur *om.* O$^{*}$ 90 quomodo] quando O$^{2}$ | quomodo — finem] ut scilicet per ipsum possit ad f. pertingere Q | Teneretur] *in ras.* P$^{2}$ *add.* enim AP$^{2}$(*in ras*)ZBN$^{2}$ 91 tunc$^{2}$] tamen S | faciendo *om.* Q | tale opus] o. t. O 92 ex *rep. post* et Q 93 idem] illud P | arguo Y | responsionem] rationem B positionem A 94 disponit B | se aliquis] *in corr.* O$^{2}$ se quis V | sed] si ZO et si Q cum B 95 posset V 95-96 ergo — culpa$^{1}$ *om.* VZ 95 tunc] toto S | servare] cavere Q | se *om.* O$^{*}$ 96 est *om.* O 97 servare] *praem.* se Q *add.* se YO *add.* a culpa Q | saltem] *post* videtur Y *post* manifestum Q | manifestum] individuum S 98 operis] *post* praecepti O *om.* V | quod] quia hoc NOQ *add.* hoc B *add.* hic V 98-99 sufficit] *add.* ei Q$^{*}$ 99 eum] Hevam ASVB$^{*}$N$^{*}$ 101 arguitur YO | et — primam *om.* O$^{*}$ 102 potest] *add.* aliud, hoc tempore potest S | cavere] praecavere V | ab *rep. post* et A | ab — mortali] hoc peccatum mortale *ante* in Q | mortali *om.* Y 102-103 illo — mortali = PZB illo *edd.* hoc, et sic de aliis A vel illud Q hoc peccatum mortale (*add.* est N) *rell.* 103 et$^{1}$ *om.* Q | hoc *om.* Y | omne] esse (!) Y | similiter] sic A 104 sequente Q | et$^{1}$] aut N$^{*}$ *om.* S | sic] hoc O | de *om.* V | semper *rep. post* si Q | hoc] *add.* peccatum mortale B

T [16] Cf. supra n. 12. [17] Cf. supra n. 14. [18] Cf. supra n. 9.

illud, simul potest cavere omnia. Assumptum 'quod possit cavere hoc peccatum mortale et illud' patet, quia voluntas non potest simul habere distinctos consensus qui requiruntur ad peccatum mortale, – et ita dum distincte habet velle resistendi huic peccato mortali, nullum velle habet tunc[19] volendo quodcumque aliud, quo 'velle' pro tunc peccet mortaliter; item, praeservando se ab uno peccato mortali, fit fortior ad resistendum aliis. Igitur si potest hoc peccatum cavere de quo timetur (vel de quo peccatur), multo magis potest illud alias cavere, et sic de aliis.

18 Contra secundam viam[20] arguo sic: tempore illo quo posset haberi deliberatio de hoc peccato *a*, aut potest deliberare de *a*, et sequitur quod dum deliberat non peccat mortaliter (completa etiam deliberatione – per te[21] – potest cavere ne peccet actualiter ipso peccato *a*, nec aliquo alio tunc), – aut non potest deliberare de *a* in illo tempore deliberationis, et ita non habebit usum rationis.

19 Quod si dicas non posse deliberare recte propter excaecationem [6]
intellectus[22], hoc videtur absurdum, quia unum peccatum mortale non

APSVZBNYOQ(γμυ)

105 simul potest] p. s. Q | Assumptum] *add.* probatur A | quod] *add.* si Q | possit] potest AYQ 105-106 cavere² — illud] peccatum mortale pro nunc, quod potest cavere etiam illud aliud, et ita omne, pro tunc Q 106 peccatum *om.* Y | mortale] *post* illud Y *om.* A | potest simul] s. p. B 107 requiruntur — mortale] requirunt sed et illud ad peccatum (!) Y | mortale] *add.* fugiendum et committendum $Z^2BN^2$ *add.* et ad resistentiam peccato mortali Q 107-108 et ita] igitur Q 108 velle] actum $YO^2$ *om.* O' | huic] hoc $O^*$ | huic — mortali] hoc peccatum mortale V | huic peccato *om.* $P^*$ | nullum] *in ras.* $P^2$ *praem.* et B 109 volendo = A circa $Z^2BN^2$ per quod $YO^2$ *edd.* quoad PZ' pro quo $O^x$ | quodcumque *om.* YO 109-110 quodcumque — mortaliter] peccandum m. quocumque peccato $PZ^*$ 109 quo] quod Q | velle² *om.* Q | pro tunc *om.* A 110 peccat A | item = PZBN maxime tamen (t.] cum *edd.*) $YO^2$ *edd.* | praeservando] resistendo V | se] *praem.* etiam A *add.* etiam Q | fit] sit Y 111 fortior *in corr.* $P^2$ | si] *add.* non Q | cavere *ante* hoc Q 112 timetur] potest $N^*$ | vel — peccatur *om.* YQ | quo] nullo S | poterit Q | alias] aliud V 114 arguo] *post* sic O arguitur Y | possit Z 114-115 haberi deliberatio] d. h. N 115 aut] ante Y | aut — a² *om.* $O^*$ 116 deliberat] deliberas $P^*$ *add.* de a A | completa] cum plena Y | etiam] autem $A^*O^2$ 117 per te] *post* cavere $YO^2$ per se *post* cavere Q *om.* V | actualiter *in corr.* $P^2$ | ipso] illo $PZO^2$ | a *om.* $O^2Q$ 118 nec *om.* $SN^*$ | aliquo *om.* VQ | alio *ante* aliquo O' *add.* modo $O^*$ | tunc, aut] t. autem APSZ t. aliud t. autem Y | potest *om.* V | de a *om.* S 118-119 in — deliberationis *om.* Y 119 usum] visum P 120 Quod *om.* Y | recte] ratione $P^*SB$ 121 intellectus] rationis A *add.* ex primo peccato B | hoc] quod Y | absurdum] abs. vel abusum A | quia] quod $P^*V$

T [19] scil. 'tunc habet'. [20] Cf. supra n. 10. [21] Cf. ibid. («Secundo modo» etc.). [22] Cf. ibid. («Tertio modo dicitur» etc.).

facit aliquem ‘intemperatum generali intemperantia’[23], quia ‘una dies non facit ver’[24], nec unus actus vitiosus[25] facit hominem vitiosum generaliter, nec per consequens excaecatum generaliter circa omnia principia operabilium; ergo potest habere rectam deliberationem de multis de quibus tentatur, non obstante quod sit in uno peccato mortali.

20

Similiter, vitia non sunt conexa in tantum ut unum peccatum excaecet circa principium operabilium ad bene agendum, quia nec etiam unum peccatum depravat appetitum, per se inclinando ad aliud; immo cum uno peccato potest stare habitus acquisitus contrarius alii peccato, quia unum peccatum mortale non corrumpit totum habitum virtutis. Igitur per istos habitus, tam acquisitos circa idem agibile quam acquisitos circa alia agibilia, potest iste recte iudicare et deliberare, et ita potest tempore deliberationis recte deliberare sive tentetur de eodem peccato sive alio; et si posset recte deliberare ne peccet consensu interpretativo, potest per te cavere omne peccatum: ergo simpliciter potest.

---

APSVZBNYOQ(γμυ)

122 aliquem] aliquod O* *om.* Y | interempnatum (!) B | intemperantia] *in corr.* Z² temp. Q | quia] *om.* Q *add.* nec O  123 dies] hirundo VQ | vitiosus] virtuosus O virtuosus (v.] *comp.* P²) vel vit. *rell. edd.* | vitiosum] virtuosum vel vitiosum (*post* generaliter, 124 Q) AYQ virtuosum O  124 excaecatum] *comp.* Y | circa *om.* Y  125 de *om.* P  126 tentatur] temperatur PY | obstante] obicitur P* *add.* hoc Y  128 sunt] *om.* V *add.* ita Q  128-129 excaecet] excecaret O exercet N exerceat V  129 principium] principia (*add.* alia Q) VBYQ | ad bene] unde S  129-130 nec etiam] *in corr.* P′ *rescr.* P²  130 depravat] *in corr.* P² damnat O* destruit BN depen^at Z | depravat appetitum] deserviat appetitui vel destruit appetitum A deserviat appetitui S | inclinando] includendo Z *om.* V | ad] in PZN *om.* A  131 potest stare *om.* O′ stat O² | stare] accipere P⁺  131-132 habitus — contrarius] virtus acquisita contraria YQ  131 acquisitus *om.* A | contrarius alii peccato *rep. post* acquisitos (133) O*  132 alii] illi Q | peccatum *om.* Y  133 tam *om.* O* | acquisitos *om.* Q  134 alia] aliqua O *om.* P²(*post* agibilia) | iste] *post* recte B ille O | iudicare] *comp.* Y  135 potest *post* deliberationis Q | potest tempore] post tempus A p. tempus S | recte — sive] ratione sancti (!) S  136 tentetur] *in corr.* B² tentatur PZ contemptetur O* | de *rep. post* sive AVBYQ | si *om.* S | posset] potest VQ | recte] ratione S iste V | ne] *in corr.* Z² nec Q  137 consensu] *praem.* a B á sensu O | consensu interpretativo] deliberare interpositio (!) S | per te] *ante* potest A secundum te Q

T [23] Cf. Henricus Gand., *Quodl.* V q. 20 in corp. (f. 196A): «[Si ponatur quod homo nullo modo potest vitare quamcumque tentationem mortali occurrente], ex hoc sequitur quod omnis exsistens in peccato mortali unius vitii, sit intemperatus intemperantia generali quae circuit omnia vitia..., – quod non est ponendum». [24] Cf. Aristot., *Eth. Nic.* I c. 9 (AL XXVI³ 151; A c. 6, 1098*a* 18-20): «Una enim hirundo ver non facit, neque una dies; ita utique neque beatum et felicem una dies neque paucum tempus». [25] Loco «vitiosus» unus codex tradit «virtuosus», reliqui «virtuosus vel vitiosus».

## [C. – RESPONSIO PROPRIA]

21 Ad quaestionem potest dici quod peccatum uno modo potest accipi pro ipso actu elicito deformi, loquendo de peccato commissionis, – alio modo pro macula quae remanet post actum elicitum (sive pro reatu permanente), quousque peccatum fuerit deletum per poenitentiam[26]. [7]

22 Secundo modo, dico quod liberum arbitrium non potest ex se cavere omne peccatum mortale pro statu isto, quia anima sine gratia aliquo peccato maculatur (vel originali vel actuali), a quo non liberatur nisi per gratiam.

23 Sed si quaeratur utrum hoc sit propter immediatam oppositionem culpae et gratiae, dico quod non, quia ista non erant immediate opposita pro statu innocentiae (tunc enim potuit aliquis esse in puris naturalibus, tam sine gratia quam sine culpa; ergo nullo modo sunt immediate opposita), – nec etiam per comparationem ad potentiam facientis, quia qualem potuit Deus facere voluntatem, talem potest eam reparare postquam peccaverit; sed hoc[27] tantum ex lege illa universali, qua nulli modo[28] remittitur inimicitia nisi fiat non tantum non-inimicus sed etiam amicus[29], sibi acceptus per gratiam gratum facientem[30].

---

APSVZBNYOQ(γμυ)

140 quaestionem] *add.* igitur AQ | uno modo *post* accipi V 140-141 accipi] dici $O^*$ 141 ipso] isto AB | deformi] *comp.* S de formali $Y^1$ *pon.* deformi $Y^2$ | loquendo *om.* $Y^2$ | commissionis] *comp.* Y 142 sive] vel Q 143 reatu] actu V | fuerit deletum] deletur *post* poenitentiam (143-144) Q *praem.* non O 145 ex se] *ante* potest Y *post* cavere (145-146) A 146 statu] actu $P^1$ | isto] illo O 147 peccato] modo PVSZ$Y^*$Q | maculatur] *comp.* $O^2$ 148 nisi *om.* $S^*$ 149 Sed] Et O | quaeritur Y | oppositionem] operationem $A^*$ opinionem $N^2$ 150 ista] illa VO | non$^2$ *om.* V$N^2$Y | erant] essent YOQ 151 pro] in Y | tunc] esse $P^*$ 152 tam ... quam] et ... et Q | sine culpa *in ras.* $P^2$ | nullo] nec B 153 immediata Y | ad] aliud $P^*$ | potentias P 154 facientis] facilitatis A | quia] sed $P^*$ | potuit Deus] D. p. V | talem] suam $P^2$ 155 peccavit YOQ | ex] *praem.* est A$Z^2$B$N^2$Q | illa] ista S 155-156 universali] naturali S 156 qua] quia $P^2$(*in ras.*)Z quo Q | nullo BYQ | modo] inimico A 157 etiam *om.* PZ 157-158 gratum facientem] gratificantem YQ

T [26] Cf. supra d. 7 n. 84. [27] scil. quod anima non liberatur a peccato nisi per gratiam (ex n. 22). [28] scil. in statu naturae lapsae. [29] Cf. DUNS SCOTUS, *Ordinatio* IV d. 16 q. 2 n. [2]: «[Peccator] per expulsionem culpae est non-inimicus, per infusionem vero gratiae est amicus». [30] Hoc tertium («sed hoc tantum» etc., lin. 155-158) intelligendum est loquendo de potentia Dei ordinata, – duo priora («quia ista non erant... postquam peccaverit», lin. 150-155) loquendo de potentia Dei absoluta, extendente se ad ea quae non includunt contradictionem. Cf. supra d. 7 n. 52-56; I d. 17 n. 164 (V 217).

Si obiciatur quomodo posset Deus remittere culpam non dando gratiam (videtur enim esse mutatio in Deo, si non ponatur in ipso iustificato), – responsio duplex[31]. 24

Primo modo[32] d i c i t u r, – quaere in H e n r i c o, *Quodlibet* V quaestione 21[33] in solutione[34]. 25

---

APSVZBNYOQ(γμυ)

159 obicitur APZQ | posset] *post* Deus Y poterit Q | Deus *om.* B[2] | remittere] *post* culpam A mittere P[*] | non] nam (!) Y 160 videretur VYO[2] | enim] *post* esse A etiam V | esse *om.* Q 160-161 iustificatio AP[2]B 161 dupliciter AB 162 modo *om.* VY | dicitur] *add.* quod etc. Y | quaere *om.* P[*]Z 162-163 Quodlibet — solutione] *ante* in (162) PZ *in ras.* N[2] *om.* SVYOQ 163 in solutione *om.* N[3]

F *162-163* HENRICUS GAND., *Quodl.* V q. 20 in corp. (f. 196B-197B): «Ideo dicendum... quod liberum arbitrium hominis, etiam in mortali peccato exsistentis, potest considerari dupliciter: uno modo ex parte suae libertatis secundum se, alio modo ut exponitur tentationibus sibi occurrentibus. Primo modo dico quod simpliciter potest cavere ne incidat in peccatum aliud mortale, eo quod nulla necessitate in aliquid incidit; sed si incidat, sic voluntarie incidit ut – si voluntarie non incideret, et incideret – incidendo non peccaret. Si secundo modo, dico quod diu sibi cavere non potest quin necesse sit quod aut in mortale incidat satis cito, aut quod a Deo gratiam – qua perfecte sibi cavere potest et qua a mortali liberatur – recipiat: quodcumque tamen horum ei contingat, non nisi voluntate eius consentiente contingit... Quoniam quicumque est in mortali peccato, sive in uno sive in pluribus..., postquam sit in mortali, aut – quantum est in se – bene se habet circa peccata a se commissa..., ea detestando secundum quod possibile est ei pro statu illo, vel non. Si sic, non potest esse quod diu sic bene se habeat circa actus morales... quin Deus liberum arbitrium eius moveat motu aliquo gratiæ gratis datae ut bono simpliciter assentiat: cui si non resistat, Deus statim gratiam gratum facientem et ab omni peccato liberantem confert, – si vero resistat, ex contemptu et ingratitudine divinae vocationis statim mortaliter peccat... Et sicut est dictum de exsistente in mortali, sic dico de exsistente in solo originali, si tamen sit possibile eum peccare venialiter priusquam mortaliter peccet».

T [31] Responsiones hic non dantur. – Cf. tamen DUNS SCOTUS, *Ordinatio* IV d. 16 q. 2 n. [4]: «Remissio culpae et infusio gratiae possunt ab invicem separari... Posset enim in statu innocentiae, in genere humano..., gratia infundi absque culpae remissione, quia nulla culpa infuit. Similiter, potest culpa remitti absque hoc quod gratia infundatur: potest enim Deus de potentia sua absoluta hominem creare in puris naturalibus sine culpa et sine gratia; ergo et post lapsum talem reparare, et ita remittere culpam sine infusione gratiae»; n. [11]: «Voluntas divina potest velle isti affirmationem... pro instanti *a*, et eidem negationem... pro instanti *b*, absque omni mutatione in voluntate divina»; n. [15]: «De potentia ordinata nulli remittit Deus pro *a*, quin illum pro tunc gratificet; sed de potentia absoluta... pro aeternitate possent ista separari, ut scilicet remitteret Petro in *a*... et tamen non gratificaret ipsum in *a*»; n. [18]: «Non enim [expulsio culpae et infusio gratiae] sunt 'opposita immediata' simpliciter ex natura extremorum, sed ex institutione divina, et non sequitur inductio unius ad amotionem alterius nisi in oppositis immediatis secundum se». [32] Cf. supra n. 21 («uno modo... commissionis»). [33] Est potius quaestio 20, cuius titulus est iste: «Utrum adultus sine gratia... possit cavere peccatum mortale». [34] Opinionem Henrici suis verbis refert DUNS SCOTUS, *Lectura* II d. 28 n. 21 (XIX 279).

26 Et potest ista opinio confirmari per hoc quod illud praeceptum *Diliges Dominum Deum tuum* etc., est primum, a quo dependet tota lex et prophetae (in Matth.). Ad actum ergo huius praecepti aliquando eliciendum tenetur voluntas, ita quod non potest semper esse omissio actus huius praecepti sine peccato mortali: quandocumque autem voluntas actum huius praecepti exsequitur (licet informiter), disponit se de congruo ad gratiam gratificantem, cui oblatae vel resistet et peccabit mortaliter, vel consentiet et iustificabitur[35]. – Haec igitur opinio non ponit partem negativam quaestionis[36] propter impotentiam liberi arbitrii absolute, sed in quantum ipsa comparatur ad Deum liberaliter gratiam offerentem, libero arbitrio aliqualiter bene disposito. [8]

### [II. – AD ARGUMENTA PRINCIPALIA]

27 Ad argumenta.

Ad illud ad Rom. 2[37] dici potest quod, si non erant obligati ad legem Moysi nisi filii Israel, alii – gentiles – potuerunt iuste vivere ser-

---

APSVZBNYOQ(γμυ)

164 ista] illa VO ipsa S | illud] idem B 165 est] *praem.* et B | primum] praeceptum $B^1$ | dependet] pendet *post* lex (166) VYQ 166 in *om.* Q | Matth.] *sequitur parvum spat. vac.* Q | ergo *om.* Y 167 teneretur B | non *om.* S | non — esse *post* praecepti (168) Q | semper esse] e. (e. *om.* $O^*$) s. AVYO 168 omissio] *add.* perpetua Q | huiusmodi ASB 168-169 sine — praecepti *om.* $B^*$ 168 quandocumque] quaecumque YO quando $B^2$ 169 huiusmodi $ASB^2$ | exsequitur] *ante* actum A exsequetur PZY | licet] hoc $P^*$ 170 disponat Y | de] debet $P^+$ | de congruo *om.* $B^*$ de conceptu Y | ad gratiam gratificantem] ad gr. gratum facientem *ante* de A | oblatae] oblitae $O^*$ *pon.* ob liberalitatem $O^2$ 170-171 resistet] resistit $P^*VN^*$ 172 igitur] autem A | quaestionis] quasi V 173 liberi *in corr.* $S^2$ | ipsum Q | comparatur *post* Deum (174) Y 174 liberaliter] *post* gratiam Q *in corr.* $B^2$ | gratiam] animam Y | offerentem] conferentem AQ inferentem $O^+$ | bene] tamen VYQ *om.* $P^*$ 175 disposita $P^*$ 178 ad² = PSZ *edd.* de quo O | ad Rom. 2 *om.* Y | dici potest] p. d. A | si] *add.* forte B | erant] essent YO

F *165-166* Matth. 22, 37-40: «Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et in tota anima tua, et in tota mente tua [cf. Deut. 6, 5]; hoc est maximum et primum mandatum. Secundum autem est simile huic: Diliges proximum tuum sicut te ipsum. In his duobus mandatis universa lex pendet et prophetae».

T [35] Cf. HENRICUS GAND., *Quodl.* VIII q. 5 in corp. (f. 308G-H): «De processu autem gratiae in adulto ante baptismum vel post baptismum in statu peccati mortalis actualis, tenendum est quod Deus peccatorem gratia gratis data praeveniat statim cum venit ad usum liberi arbitrii, ut per deliberationem aliquid agere possit; qui si per liberum arbitrium bene se erga eam habeat, de congruo disponitur ut Deus ei gratiam iustificantem tribuat... Quam qui a se repellit, reddit se indignum ut amplius iuvetur, sed in peccato suo amplius per hoc induratur iuste... Qui vero eam acceptat, iustitiā congrui disponitur ad gratiam gratificantem, quam Deus illico eidem confert, qua a peccatis mundatur». [36] Cf. supra n. 5-7. [37] Cf. supra n. 2.

vando legem naturae, et tunc ipsi 'facti sunt sibi ipsis lex': id est, per legem naturae 'scriptam interius in cordibus eorum'[38] direxerunt se, recte vivendo, sicut Iudaei per legem scriptam; sed isti[39] non bene vixerunt sine omni gratia, quia gratia potuit esse in eis – supposita hypothesi – absque observatione legis mosaicae.

Ad aliud[40] concedi potest illa propositio Augustini[d], secun- 28
dum illam opinionem[41]. Et ad minorem[42] potest dici quod iste cui offertur gratia, potest cavere ne resistat gratiae, sed non potest cavere a peccato; si enim non resistit gratiae, iustificatur. Solum ergo istud est quod caveri potest, sed non potest caveri stando in peccato prius commisso.

Ad tertium[43] respondet Anselmus quod, quantum est ex parte 29
liberi arbitrii, potest servari iustitia, ipsā habitā, – licet quando iustitia non habetur, iustitia servari non possit per solum liberum arbitrium[44].

---

[d] *Sequitur textus interpolatus*: scilicet quod 'nullus peccat in eo quod nullo modo vitare potest'[5*].

APSVZBNYOQ(γμυ)

180-181 et — naturae *om.* Y   180 tunc *om.* V | sunt *om.* O*(*ante* facti) | ipsis *om.* Q | id est] et B   180-182 per — scriptam] per legem naturae *in ras.* V¹   181 naturae *om.* Q | scripta P | interius *post* eorum YQ | direxerunt] dixerunt N²Y   182 isti *om.* PZ   183 vixerunt] *comp.* Y | omni *om.* Y | potuit *ante* quia O*   183-184 supposita hypothesi] h. s. A   184 legis *om.* O   185 potest] *add.* quod A *add.* absolute Q | illa] *post* propositio Q ista A | Augustini] *om.* PZ *add.* absolute VYO   186 illam] istam VY | Et *om.* V | minorem] 2ᵐ 4ᵐ *in corr.* O² 2ᵐ [= minorem] O² | potest dici] d. p. VQ | iste] ille YOQ   186-187 offertur] offeretur N confertur A   187 potest cavere¹] c. p. V | ne] non V ut P² | ne — cavere² *om.* B²   188 enim *om.* S* | resistit] resistat PVBY | gratiae] *comp.* Y | iustificabitur P | istud] illud Y istius V   188-189 istud — potest] p. hoc caveri Q   188 est *om.* Y   189 cavere V   189-192 sed — servari *om.* Y   189 non potest caveri] cavere V | potest *om.* PZ   190 commisso] *add.* est quod non resistat gratiae V   191 tertium] secundum O | Anselmus *in corr.* O²   192 ipsa habita] quae habetur V *om.* SN²YOQ   192-193 quando — iustitia²] iust. quae non videtur V   193 iustitia *om.* B | non possit *om.* SN*(*ante* iustitia)Y | possit] potest AO²   193-194 per — arbitrium *om.* SVN*YOQ

9*-10* scilicet — potest = APZB   9* quod²] quia P*

F *191-194* Anselmus, *De libertate arb.* c. 11-12 (ed. Schmmit I 223-224; PL 158, 503-504) (textus cf. supra d. 7 ad lin. *729*); *De gratia et libero arbitrio* c. 3-4. 13 (ed. Schmitt II 266. 267. 286-287; PL 158, 523-524. 524-525. 539).

T [38] Cf. Rom. 2, 15: «qui ostendunt opus legis scriptum [esse] in cordibus suis». [39] scil. gentiles. [40] Cf. supra n. 3. [41] scil. Henrici (supra n. 25-26). [42] Cf. supra n. 3 («aliquod peccatum non potest vitari»). [43] Cf. supra n. 4. [44] Cf. supra d. 7 n. 85.

[5*] Cf. supra n. 3.

## ⌈DISTINCTIO VIGESIMA NONA

### QUAESTIO UNICA

UTRUM IUSTITIAM ORIGINALEM IN ADAM NECESSE SIT PONERE ALIQUOD DONUM SUPERNATURALE⌉

[Q. un.] [1] Circa distinctionem vigesimam nonam quaero[a] utrum iustitiam originalem in Adam necesse sit ponere aliquod donum supernaturale[1]. 1

Quod non: 2

Ponitur[2] propter rectitudinem excludentem omnem rebellionem potentiarum, et propter immortalitatem pro statu illo habitam; sed utrumque istorum potest salvari ex puris naturalibus, quia utrumque oppositorum[3] est poena, – poena autem non est sine culpa. Quod autem mors sit poena, patet; de rebellione etiam probatur, quia pugna potentiarum inferiorum ad superiores poena est[4].

---

1* [a] *Loco* Circa – quaero *textus interpolatus*: « Post haec considerandum est »[1*]. Circa distinctionem istam vigesimam nonam, in qua Magister agit de gratia quam primi parentes in statu innocentiae habuerunt[2*], quaeritur unum.

APSVZBNYOQ(γμυ)

5 *adnot*. Dist. 29 $A^1$ *et alii*  5 *et* 1*-3*: Circa — quaero (5) = APSVZBNYOγ Post (1*) — unum (3*) Qμυ  5 vigesimam nonam] *comp*. S | utrum] *add*. ultra vel praeter $O^2$ *add*. ad AN  5-6 iustitiam originalem *rep*. *ante* utrum (5) $Y^+$  6 Adam] *add*. habendam N | necesse sit] s. n. Q  8 non] *add*. probatur V  9 Ponitur] *praem*. Quia BO *praem*. Quia si Q *praem*. Quia iustitia originalis A *add*. enim PZ | rebellionem] *add*. vel debilitatem A  10 potentiarum *in corr*. $B^2$ | immortalitatem] *comp*. $O^c$ | illo] isto ASY | sed *om*. YQ  11 utrumque[1]] utrum Y | istorum] illorum O | potest salvari] s. p. Q | utrumque[2]] utcumque *in corr*. $B^2$  12 oppositorum] illorum O istorum (*pon*. oppositum $B^2$) *rell*. *edd*. | est[1] *om*. $O^c$ | poena[2] *om*. PSZBN | poena autem *om*. $O^c$ | autem] *post* non PZBN anima *post* non S | est[2]] e. poena $Z^2$B *om*. PSZ'N  12-13 autem *om*. Q  13 mors sit poena] p. s. m. Q | sit] sine V | de — etiam] quod etiam rebellio sit poena Q | probatur] patet Y

T [1] Cf. DUNS SCOTUS, *Lectura* II d. 29 q. un. («Utrum iustitia originalis fuerit in statu innocentiae aliquod donum supernaturale, additum naturae»); *Rep*. II A d. 29 q. 2 («Utrum iustitia originalis in Adam fuerit donum supernaturale»). [2] subintellige: iustitia originalis. [3] scil. rebellio et mors. – Loco «oppositorum» codices erronee tradunt «istorum»; de errore constat tam ex contextu (n. 2), quam ex propositione «Cum probatur quia opposita eorum sunt poenae» infra n. 21. [4] Cf. HENRICUS GAND., *Quodl*. VI q. 11 arg. 1 (AMPh s. 2, X 127-128): «Arguitur quod

[1*] Cf. LOMBARDUS, *Sent*. II d. 29 c. 1 n. 1 (SB IV 492). [2*] Cf. ibid. c. 1 (p. 492).

3 Praeterea, voluntas in puris naturalibus suis est recta, quia non fuit a Deo facta curva. Et ista rectitudo est ab origine, ergo originaliter competit homini; et est iustitia, quia rectitudo voluntatis est iustitia[5]. Ergo voluntas in puris naturalibus habet iustitiam originalem.

4 Praeterea, si tantum esset donum supernaturale, igitur peccatum originale tantum esset carentia illius doni supernaturalis; ergo aliquis, factus in actu in puris naturalibus, esset aequalis illi qui per peccatum amisisset iustitiam originalem, et ita essent aequaliter puniendi, – quod videtur inconveniens[6].

5 Contra:

Naturalia manent integra in peccatore (secundum D i o n y s i u m)[7], et iustitia originalis non manet (patet per effectus sibi assignatos[8]); ergo etc.

### [I. – AD QUAESTIONEM
### A. – OPINIO HENRICI GANDAVENSIS]

6 [Opinionis expositio] – Hic d i c i t u r quod praeter illam rectitudinem infusam – si qua fuerit – oportet ponere in voluntate rectitudi- [2]

APSVZBNYOQ(γμυ)

15 suis] *ante* puris Q *add*. quae V | quia] quae V 16 facta] *ante* a AQ *praem*. est V | ista] illa V ita AN'OQ 16-17 originaliter] specialiter o. Y 17 est] per consequens Q 19-22 Praeterea — originalem *rep*. P'(*signando* Vacat) 19 tantum esset] e. t. Q 19-20 igitur doni *om*. N' 20 esset] *ante* tantum $N^2$Q erit B | illius] istius VY huius O | supernaturalis *om*. A 20-21 aliquis *om*. Q 21 factus] finis Z | in[1] *om*. P(*utrobique*)VNOQ | in actu *om*. B | in[2] *om*. PSY 22 aequaliter] pariter PZ 23 inconveniens] *add*. etc. A 26 et *om*. YOQ | patet] *om*. Y *praem*. quod N 27 etc. *om*. Q 30 praeter] *comp*. $N^2$ | illam] *post* rectitudinem (30-31) PZ istam Y 31 fuit ASVBYQ 31-41 in voluntate — ponere *om*. Y 31-32 rectitudinem] rectitudine Q *add*. infusam V

F *25-26* Ps.-DIONYSIUS, *De div nom*. c. 4 (*Dionysiaca* I 281-282; PG 3, 726): «Non igitur mala est daemonum tribus, secundum quod est secundum naturam, sed secundum quod non est. Et non variatum [= alteratum] est datum ipsis totum bonum, sed ipsi deciderunt a dato toto bono. Et data ipsis angelica dona, nequaquam ipsa mutata esse dicimus, sed sunt et integra et splendidissima, quamvis ipsi non vident, claudentes ipsorum boni-inspectivas virtutes» (in contextu sermo non est solum de angelis malis, sed de quocumque peccatore). *30-37* HENRICUS

originalis iustitia non includebat donum, quoniam nulla poena debetur homini sine peccato; mors, carnis rebellio et huiusmodi, poenae sunt; ergo non fuissent in homine ante peccatum. Sed [homo] in puris naturalibus fuisset sine peccato; ergo stans in puris naturalibus mori non potuit, neque pati rebellionem: ista erant effectus originalis iustitiae; erat ergo in puris naturalibus et sine dono».

T [5] Cf. HENRICUS GAND., *Quodl*. VI q. 11 in corp. (AMPh s. 2, X 129): «Illa iustitia naturalis vera iustitia dici potuit; et non est dubium quin originalis, quia ab origine». [6] Cf. ibid. q. 21 in corp. (p. 197-198). [7] Cf. supra d. 7 n. 4. [8] Cf. supra n. 2 («Ponitur... habitam»).

nem quae est sicut qualitas in quantitate, cui opponitur curvitas naturaliter inflicta ipsius voluntatis, quam ipsa incurrit peccando; et ex ista curvitate sequitur inobedientia virium inferiorum, quia licet voluntas recta posset ex se dominari, non tamen sic incurvata. Exemplum ponitur de virga recta, et postea incurvata, – cuius rectitudo est naturalis, non tamen ita quod sit de essentia eius.

7 Declaratur istud, quia non videtur quod possit salvari quod 'peccatum vulnerat in naturalibus'[9]: si enim corrumperet tantum aliquod donum gratuitum, spoliaret tantum in gratuitis; igitur ad hoc quod ponatur vulneratio in naturalibus, oportet ponere aliquam rectitudinem quae privetur per peccatum. Si ergo ponatur aliquod donum supernaturale praeter istam rectitudinem naturalem, oportet dicere quod iustitia originalis includat utrumque, – quia si dicat donum supernaturale tantum, sequeretur quod secundum illud donum aequa-

---

APSVZBNYOQ(γμυ)

33 ipsi voluntati VOQ | ipsa — peccando] p. incurrit Q 34 ista] illa O | inobedientia *om.* S | quia] quod V 35 recta] vel $B'$ *om.* $B^1$ | possit BNOQ | ex se] eis VOQ esse SN | domina N | non tamen] t. n. A *add.* voluntas Q 35-36 Exemplum ponitur] Pon. ex. Q 38 istud] hoc Q | quia] quod $P^*$ | non videtur quod] *praem.* aliter A *add.* aliter $PZN^2$ 39 tantum] totum O *om.* A 40 tantum *om.* SVNO 42-43 ponatur — supernaturale *post* rectitudinem (43) Q | donum supernaturale] s. d. V 43 istam] illam YO | naturalem *om.* Q 44 includit utrumlibet B 44-46 quia — naturalibus *om.* $B^*$ 44-45 si — quod] si tantum attenditur (-deretur V) VYOQ si quod $N^*$ si S *om.* $B^2$ 45 tantum] *add.* tunc $N^2$ | sequeretur *rep.* $P^+$ 45-46 aequales] essentiales $B^2$

GAND., *Quodl.* VI q. 11 in corp. (AMPh s. 2, X 134-136); ibid. (p. 138):«Et statim cum [anima] facta est inobediens suo superiori, amissa illa rectitudine, in poenam factum est ut sibi essent inobedientia sua inferiora (quae tamen naturaliter semper obedire debuissent) et necessitas moriendi est consecuta»; q. 32 in corp. (p. 267): «Est igitur intelligendum... quod originale peccatum (sive originalis iniustitia) ponit duo, scilicet carentiam iustitiae originalis (sive fuerit donum naturale sive supernaturale), et dispositionem ei contrariam, scilicet obliquationem quamdam in ipsa voluntate, – propter quae in poenam peccati vires inferiores rebellionem habent contra voluntatem, etiam ipsa penitus repugnante».

F 38-47 HENRICUS GAND., *Quodl.* VI q. 11 in corp. (p. 135-136): «Et nota quod cum originalis iustitia donum includat, non dicitur ipsum donum praecisum ipsa originalis iustitia, quia sola eius privatione (secundum intellectum) staret [quis] adhuc in rectitudine naturali sicut alius qui

T [9] Cf. LOMBARDUS, *Sent.* II d. 25 c. 7 n. 1 (SB IV 465): «Hic est enim ille qui a latronibus vulneratus est et spoliatus [Luc. 10, 30]: vulneratus quidem in naturalibus bonis..., spoliatus vero gratuitis»; d. 35 c. 4 n. 2 (p. 535). Cf. BEDA, *In Lucae evangelium expositio* III c. 10 (CCL 120, 222; PL 92, 468-469): «Homo iste Adam intelligitur... 'Qui etiam despoliaverunt eum', gloria videlicet immortalitatis et innocentiae veste privarunt... 'Et plagis impositis...': plagae peccata sunt quibus, naturae humanae integritatem violando, seminarium quoddam... augendae mortis fessis indidere visceribus»; HENRICUS GAND., *Quodl.* X q. 5 ad argg. (AMPh s. 2, XIV 122).

les essent ille qui est in puris naturalibus et peccator, sicut deduxit quoddam argumentum in opponendo[10][b].

8 [Opinionis improbatio] – Contra istud obicitur, quia secundum istam positionem non videtur possibile voluntatem peccare nisi ipsa habeat rectitudinem naturalem quae posset corrumpi per peccatum. Fiat ergo sine isto addito[11], in sola essentia sua, ipsa non poterit peccare, – quod videtur absurdum, quia ipsa potest iustitiae concordare, hoc est tenetur velle concorditer dictamini legis naturalis; et non est necesse ita velle, quia libera est; ergo potest peccare. Ergo non oportet ponere talem qualitatem cui opposita curvitas inducatur propter peccatum. [3]

9 Praeterea, non tantum per istam curvitatem videtur esse rebellio potentiarum, quia voluntas ex libertate sua essentiali videtur melius et magis dominari virtutibus[12] inferioribus quam ex ista qualitate accidentali, quia ipsa secundum essentiam suam est suprema potentia; ergo non erit illa qualitas tota ratio dominandi, ita quod – si ipsa non inerit – non dominetur voluntas.

---

[b] *Sequitur textus interpolatus*: sequeretur quod essent aequaliter puniendi[3*].

APSVZBNYOQ(γμυ)

46 essent *om.* Y | ille] iste V | sicut] *praem.* et VQ 47 opposito PVZB 48 istud] hoc Q | quia] quod B 49 ipsam V | habeat] *post* naturalem (50) VY haberet A *om.* N$^2$ O$^*$ 50 possit YOQ 51 isto] illo AB alio O | sua *ante* sola Q | ipsa *om.* Q 52 potest] poterit (*add.* habere N$^2$) N *praem.* non O$^*$ | iustitiae concordare] c. i. V iustitiam c. (c.] concordem N tenere Q) SNYQ c. O 53 est] *post* necesse VBY *om.* SOQ 54 quia] quod Y | est *in ras.* P$^2$ | potest peccare] pecc. pot. V | oportet] est V 55 cui] ut eius Q | opposita] opponatur S opponitur Y | curvitas] *add.* ne O$^2$ | inducatur] inducta S | propter] per YOQ 56 per] propter YOQ | istam] illam Y 57 voluntas *post* essentiali Y | essentiali] naturali Q 57-58 magis et melius Y 58 virtutibus] viribus PZQ 59 essentiam suam] s. e. Q 60 non] nec A | non erit *post* qualitas Q | erit] est SB | illa] ista A 61 inerit] insit YQ | dominatur Y | voluntas] *ante* non$^2$ Q *ante* dominetur B

4* sequeretur — puniendi = VBN$^2$YO$^2$Q *edd.* sequeretur SN´O´ | sequeretur] *praem.* et sic B | essent aequaliter] aeq. e. B

numquam eam habuisset... Sed ipsum donum, una cum rectitudine naturali, dicitur originalis iustitia, – cui opponitur iniustitia, quae consistit in carentia utriusque, quae necessario ponit in voluntate obliquationem contrariam naturali rectitudini, ut originalis iniustitia dicat spoliationem in gratuitis et vulnerationem in naturalibus. Unde quia originalis iustitia, secundum quod includit donum, necessario simul et includit rectitudinem naturalem (secundum autem quod ponit tantummodo rectitudinem naturalem, non necessario includit donum), simpliciter ergo et prior naturaliter est ratio originalis iustitiae ut ponit solam naturae rectitudinem quam ut includit donum».

T [10] Cf. supra n. 4. [11] scil. sine ista rectitudine naturali. [12] scil. imperare potentiis. Verbum «dominor» adhibetur hic in forma deponenti.

[3*] Pro hoc textu interpolato cf. supra lin. 22-23.

10 Praeterea, ista 'rectitudo naturalis' corrupta est totaliter per peccatum mortale; igitur cum secundum peccatum ita formaliter sit peccatum sicut primum, oportet quod ipsam ita corrumpat secundum sicut primum. Sed secundum non potest istam rectitudinem corrumpere, quia iam non manet; igitur nec primum habet formaliter quod sit peccatum ex hoc quod corrumpit illam.

11 Praeterea, tunc posset cognosci per rationem naturalem hunc statum[13] non esse naturalem, quia manifestum est nunc esse rebellionem in potentiis inferioribus et per te non potest esse nisi corrumpatur rectitudo voluntatis[14]; consequens est inconveniens, quia praeclarissimi philosophi ad hoc pertingere non potuerunt.

12 Praeterea, ista rebellio videtur esse in homine exsistente in puris naturalibus; igitur non est propter curvitatem quam incurrit voluntas in peccando.

Probatio antecedentis:

Naturale est unicuique appetitui ferri in suum appetibile, et si est appetitus non liber, naturale est ei summe ferri et quantum potest, quia sicut talis appetitus – secundum Damascenum 43 – «ducitur»[15] et ideo non est in potestate eius actus, ita nec est in potestate eius intensio actus quin agat quantum potest; ergo cum appetitus

---

APSVZBNYOQ(γμυ)

62-67 Praeterea — illam *post* potuerunt (72) YOQ *edd.* 62 ista] illa O | naturalis *om.* Q 63 cum] *ante* igitur V *om.* SN | peccatum] *add.* si $N^2$ 63-64 ita — peccatum *om.* $P^2$ 64 ipsam] *post* corrumpat Q ipsa $SN^*YO$ ipsum $P^*$ | ipsam — secundum] s. corrumpat i. A | ita] ista S *om.* PB 65 secundum] illa A ipsa SYO ista $N^2$ | potuit V | istam] illam VY ipsam AQ | rectitudinem *om.* Q 66 iam] *comp.* O | primum] *in corr.* $B^2N^3$ prima SYO 66-67 habet — peccatum = $VB^2N^3$(*post* illam, 67) est peccatum Q *edd.* 67 corrumpat Z | illam] istam VY 68 tunc *om.* PZ | hunc] *comp.* Y 69 nunc *in corr.* $P^2$ 70 nisi *om.* A | corrumpitur A 71-72 praeclarissimi] persona clarissimi Y 73 ista] illa O *om.* Y | exsistente *post* naturalibus (74) N 74 propter] *add.* aliquam YOQ | incurrit] incurrat (*post* voluntas Q) VQ 75 in peccando] per peccatum Y 77 unicuique] cuilibet Q | ferri] fieri vel ferri A | est² *post* non (78) V 78 est] *rep. post* ei $O^*$ enim est A | ei] sibi Q *om.* $P^2$(*ante* est)$N^2$ | et *om.* Y 79-81 quia — potest *om.* $P^*N$ 79 sicut] si est V *om.* Q | talis appetitus *post* 43 Q | 43] libro II cap. 26 V *praem.* cap. AQ 80 ideo *om.* OQ | eius] sua Q *add.* intensio SY | ita] et per consequens Q *om.* V | nec] non $P^2$ZY | est² *om.* B 80-81 est² — eius *om.* Q 81 agat = YQ *edd.* ageret V aget $P^2$ *rell.* (*quoad* N *cf. ad* 79-81) | cum] si N

F 79 Damasc., *De fide orth.* c. 36 [II c. 22] (FIP t. s. VIII 138; PG 94, 946): «Ducitur magis naturalis appetitus, quam ducit» (loco «naturalis» editio FIP, contra omnes fere codices et contra textum graecum, erronee habet «rationalis»!).

T [13] scil. statum naturae corruptae. [14] Cf. supra n. 6. [15] Cf. Duns Scotus, *Ordinatio* I d. 17 n. 20 et n. 76 (V 145-146. 177).

sensitivus, exsistens in puris naturalibus, habeat proprium appetibile et delectabile, summe haberet tendere in illud ex se, et illud 'tendere' impediret actum rationis, quia adhuc essent tunc istae potentiae in eadem essentia sicut modo, – propter quam unitatem impedient se mutuo in actibus suis intensis, secundum A v i c e n n a m VI *Naturalium*. Ergo deberet ratio conari ad impediendum istam delectationem summam partis sensitivae, et non posset inferior potentia cohiberi sine aliqua tristitia vel difficultate in ipsa exsistente, quia sicut ipsa summe inclinatur in hoc, ita ex parte sui summe renititur ad oppositum. Esset igitur ibi rebellio, quia inclinatio potentiae inferioris ad delectandum contra iudicium rationis, et difficultas in refrenando illum appetitum.

### [B. – OPINIO PROPRIA]

13 Potest igitur dici quod si originalis iustitia habuit istum effectum, [4] facere scilicet perfectam tranquillitatem in anima quantum ad omnes potentias (ita quod nulla inferior inclinaretur contra iudicium superioris, – aut si inclinaretur quantum erat ex se, posset tamen a superiore ordinari et regulari sine difficultate ex parte potentiae superioris et sine tristitia inferioris), cum hoc non habuerit pure facta in solis naturalibus, necesse est in ipsa ponere donum supernaturale, quo sit illa 'tranquillitas perfecta' in anima.

---

APSVZBNYOQ(γμυ)

82 habet $O^1$ 83 haberet — se] quantum est ex se, h. tendere in illud Q | et] *add.* in APZN | et illud] quod Q 84 essent *post* potentiae Q | tunc *om.* VY | istae] illae VO 84-85 eadem essentia] ess. ead. animae A *add.* animae Q 85 sicut] *add.* sunt Q | impediunt BYOQ 87 deberet] *post* ratio A debet SVY | ratio conari] c. r. Q | ad — istam *in ras.* $S^2$ | istam] illam VO | delectationem] *post* summam (87-88) Q dilectionem S 88 partis *om.* V | posset] *om.* O' potest $O^2$ | potentia] *ante* inferior A pars (*ante* inferior P) PZNQ 89 in — exsistente] sui Q | ipsa$^1$] ipso A | quia *om.* V 90 ita] *add.* quod V | renititur = OQγυ ren. vel remittitur A remittitur *rell.* μ | Esset *post* ibi (91) YQ 91 igitur] *ante* Esset (90) PZN *post* ibi B genus (!) V | ibi *om.* $PZN^*$ | ad delectandum] et ad delectationem V 92 difficultates Y | refrenando] referendo Q | illum appetitum] a. i. Q 94 igitur dici] d. i. P | istum] *post* effectum Q illum VY 95 facere scilicet] sc. f. Q 96 ita *om.* S | quod *om.* Y | inclinaretur] *praem.* non Q *add.* (= *rep.*) quantum erat ex se (*cf.* 97) $B^*$ 97 aut — se *om.* $B^*$ | si *om.* $S^*$ | erat] *comp.* O est Q essentia $P^*$ | ex] de O | posset] poterat Q 97-98 a superiore *om.* Q 98 ex *rep. post* tristitia (99) $V^*$ | ex parte *om.* Q | potentiae *om.* V 99 sine *om.* Q | inferior $P^*$ | cum] tamen Y | non] *add.* ita APZN | habuerit] habuit $AP^*SVY$ habuerint $B^2$ | pure facta] potentiae factae $B^2$ 99-100 solis] puris AN potentiis S *add.* puris V 100 necesse] *praem.* ideo $O^2$ | in ipsa] ibi A ipsam $SVYO^2$ *om.* $B^2O'$ | ponere] imponere $AO^*$ | quo] quod Y 101 illa] ista $ASB^1YQ$ *comp.* B'

F 86 AVICENNA, *De an.* pars 4 c. 2 (II 13-17).

Voluntas[c] enim, coniuncta appetitui sensitivo, nata est condelectari sibi[16], sicut intellectus coniunctus sensui natus est intelligere sensibilia; et si talis voluntas multis appetitibus sensitivis coniungitur, nata est condelectari illis omnibus, – et ita non tantum illum appetitum non potest retrahere a delectabili suo sine aliqua contraria inclinatione ex parte illius appetitus et difficultate, sed nec etiam se ipsam videtur posse retrahere sine difficultate a condelectando illi appetitui. Ad hoc igitur ut se delectabiliter retrahat, oportet aliquid sibi fieri delectabilius quam sit illud delectabile appetitus inferioris cui condelectaretur; ergo ad hoc quod voluntas possit se retrahere delectabiliter ab omni condelectatione inordinata cum aliqua vi inferiore, oportet aliquid ex se ipsi voluntati esse delectabilius quam aliquod delectabile alicuius vis inferioris: et cum nihil sit tale ex parte ipsius voluntatis, oportet aliquid fuisse in voluntate supernaturale, quo fieret sibi finis delectabilior quam aliquod delectabile alicuius appetitus sensitivi, – propter quam rationem delectabilius se retraheret a condelectando appetitui sensitivo quam recedendo ab illo delectabili, scilicet fine[d]. Si igitur in primo homine fuit iste effectus, 14

---

[c] *Praemittitur textus interpolatus*: Ex hoc potest formari secunda ratio.

[d] *Sequitur textus interpolatus*: secundum quem condelectaretur appetitui sensitivo.

APSVZBNYOQ(γμυ)

102 enim *om.* P* 102-103 delectari B 103-105 sibi — condelectari *om.* Z 104 et] vel Y *praem.* etiam V | talis — sensitivis] voluntas appetitus sensitivi V 105 delectari VB | illis] *post* omnibus Q vel Y | tantum] solum Q 105-106 illum appetitum] *post* potest (106) Q a. i. V 106 delectabili suo] s. d. YQ 107 illius] istius Y huius O | et *rep.* B+ | nec etiam] e. n. Q 107-108 se ipsam videtur] v. se i. A 108 posse *om.* V | sine difficultate *post* appetitui (109) Q | a] et V *om.* PN | condelectando] *add.* [...] B+ 109 igitur *om.* V | ut] quod Q | se delectabiliter] d. se PZNQ | aliquid] aliud YO eam in aliud Q *add.* aliud PZN 110 sibi *om.* PZN | fieri] *ante* sibi AY *post* delectabilius V ferri *ante* sibi Q | condelectabilius PY | illud *om.* OQ | condelectabile P 110-112 appetitus — condelectatione *om.* S 111 condelectaretur] condelectatur BO *add.* si hoc non esset Q | quod] ut Y | posset PZQ | se] *post* retrahere V *om.* Y 112 delectabiliter] condel. N | inordinatum S | cum] in AS | vi] in Q 112-113 inferiore] *in corr.* $B^2$ inferioris Y 113 oportuit Q | se *om.* S | ipsa Y 113-114 aliquod *om.* B 114 vis] vis vel viris A viris V | sit tale] t. s. Q 115 ipsius *om.* PZNYQ | supernaturale] *ante* fuisse Q supernaturali $P^2$ 116 sibi] *ante* fieret Q *om.* N 117 quam rationem] quod Q 117-118 retrahet ZBNO 118-119 quam — fine *om.* $PZB^2N$ 118 recedat Q | illo] isto V 119 scilicet *om.* O | fine] facti (!) A | iste] *post* effectus Q ille VO

5* Ex — ratio = $Z^2B'YO^2Q$(*om.* $B^2$) *edd.*; ¶ *text. sign. tribus punctis* ∴ μ | secunda ratio] quarta r. Y *om.* $Z^2$ 6*-7* secundum — sensitivo = $ASVB^2YO$; ¶ *textus, incipiendo tamen a*

T [16] scil. appetitui sensitivo.

scilicet perfecta tranquillitas, et erat effectus originalis iustitiae, – illa iustitia fuit donum supernaturale, quia fecit Deum delectabiliorem voluntati quam aliquod appetibile sensibile, quod non potuit esse ex aliquo dono naturali ipsius voluntatis.

15 Sed numquid ex hoc tollitur omnis rebellio, ut potentia inferior delectabiliter se retrahat a suo delectabili proprio?

Respondeo:

Si voluntas abstinet delectabiliter a condelectando vi inferiori, totus homo delectabiliter abstinet a delectabili appetitus sensitivi inferioris; non autem totus homo cum tristitia abstinet, si vis illa inferior cum tristitia abstinet: hoc enim convenit homini simpliciter, quod ei convenit secundum potentiam superiorem, nec propter hoc ab eo negatur si non conveniat ei secundum potentiam inferiorem.

16 Quod si etiam ex parte potentiae inferioris dicatur quod ipsa ex [5] parte sui delectabiliter obediat rationi, tunc videtur quod oporteat aliquid ponere in potentia inferiore quo sic delectabiliter feratur in delectabile voluntati; non enim videtur quod ex natura illius potentiae esset delectabiliter avelli a suo delectabili, neque etiam ex natura illius potentiae – in quantum est inferior voluntate – erat delectabiliter in se avelli a suo delectabili, quia iste ordo essentialis nunc

---

APSVZBNYOQ(γμυ)

scilicet (119), *sign.* Vacat (*adnot.* Vacat in alio A[2]) A[2]    6[*] quem = O quam B[2] *rell.* | delectaretur ASB[2]

120 effectus] defectus Y | originalis] naturalis P[2]    120-121 illa] ista A    121 quia] quod VY | Deum] donum O    122 quam] quod S | aliquid (*et add.* ⌜...⌝ B[+]) B | quod] quia O | ex] in O    124 tollitur] *ante* ex Q totaliter S    125 se retrahat] r. se Q | delectabili proprio] p. d. Q    127 delectando S | vi] potentiae Q    129 inferiori V | cum] a Y    129-130 illa inferior] ista V    130 abstinet *ante* cum O | enim *in ras.* P[2]    131 ei] *post* convenit V sibi *post* convenit Q | potentiam] *add.* suam Q    132 non *om.* VN[2]    134 Quod] quia Y | etiam] *ante* si Y *om.* O | etiam — inferioris *om.* Q | ipsa] *add.* potentia inferior Q    135 obediat *rep. ante* potentiae (134) V | oportuit V    136 aliquid ponere] p. a. Q | quo] *in corr.* A[1] quod Y    137 delectabile voluntati] delectatione voluntatis Q | illius] huius O    137-139 illius — natura *om.* N[2](*et ponit in mg. aliquem textum, quem tamen cancellat*)    138 esset] erit VY | esset delectabiliter *rep. post* potentiae (139) B[+] | avelli] a velle (*add.* vel a voluntate A) AS | a suo] suae O[+] | a suo delectabili *om.* A | neque] nec VO    138-139 neque — potentiae *om.* Y    138 etiam *om.* A    139 illius] huius O suae N | illius potentiae] sua Q | erat *ante* ex (138) Q    139-140 erat — delectabili *om.* V    140 in se] a se NO *om.* Q | delectabili] *add.* ab ipsa voluntate Q | iste] ille VO | ordo *om.* Q | essentialis *om.* A    140-141 nunc manet] m. n. Q

manet et tamen nunc non est talis delectatio. Oporteret enim ponere in singulis appetitivis potentiis inferioribus singula dona, ita quod quaelibet per suum donum moveretur a voluntate, et ipsa voluntas per suum donum moveret se delectabiliter ad potentias inferiores; et si essent talia plura dona, illud potissime fuit iustitia originalis, quod fuit in voluntate.

Per illud enim donum voluntas quasdam delectationes appetitus 17
sensitivi praeveniret ne umquam illae inessent, puta adulterandi cum pulchra aliena; quasdam imperasset et bene[17] eis fuisset usus, puta cognoscendi suam obediendo praecepto divino (illi videlicet: *Crescite et multiplicamini* etc.), ita quod istas delectationes licitas quandoque habendas – pro tunc quando inerant – non habuisset voluntas pro fine, sed ad finem debitum retulisset; a quibusdam etiam delectationibus licitis quandoque habendis quandoque avertisset, sicut ab ista delectatione quae non erat habenda nisi pro tempore. Et quodcumque istorum, sive praevenire sive bene uti habitis sive avertere ab habitis delectationibus, voluntas delectabiliter faceret per illud donum supernaturale, quo delectabilius fuit sibi fini ultimo inhaerere et omnibus ordinatis ad illum, quam ab illo separari, inhaerendo alicui delectabili non ordinato ad finem.

---

APSVZBNYOQ(γμυ)

141 manet et *om.* Y | nunc *post* est Q | Oportet APSZBN 142 singulis] suis V | appetitivis] *post* potentiis VYO *om.* Q | singula dona *om.* $O^2$ | ita] ista S 143 per] *add.* se V 143-144 moveretur — donum] *om.* $B^2$ *praem.* delectabiliter $B^2$OQ 143 a] *add.* sua O | ipsa *om.* Y 144 per suum donum *om.* Q | delectabiliter] *ante* moveret OQ delectabile *ante* moveret Y | ad] et VB 145 essent — potissime] talia dona e. plura, potissimum tamen Q | fuit] *ante* potissime N esset V | iustitia originalis] o. i. A | quod] quae BOQ 147 Per] ut per V | enim *om.* SV 147-148 appetitus sensitivi] s. a. B 148 praeveniret] praeveniebat Q reveniret O | ne] nec Y | illae] *ante* umquam $Z^*$Q istae A 149 pulchra] puella N | quasdam] quidam $P^2$ | eis fuisset usus] e. u. f. PZN u. f. e. V f. e. u. (*add.* homo Q) YQ 149-150 puta cognoscendi] in (in *om.* Y) cognoscendo VY 150 obediendo] *add.* suo V | praecepto — illi] i. p. Q | illi *om.* Y | videlicet] scilicet VY *om.* Q 151 istas] illas O *praem.* per V | licitas] natas licitas V | quandoque] quando $P^*$ *add.* bene Y 152 inerant] inessent VBY$O^2$(*in corr.*) infuissent Q 153 a] et a V | etiam] autem A | delectationibus] delecta (!) V delectabilibus B 154 licitis] natis P illicitis Y | quandoque$^2$] quando P$S^*$ *om.* V 155 erant S | habendam $Q^*$ | pro tempore] per tale S 156 istorum] illorum Q *om.* $B^2$ | sive praevenire] *post* uti V s. praeveniret ZO | sive$^2$ *om.* O | habitis$^1$ *om.* V | sive$^3$ — habitis$^2$ *om.* Q 157-158 delectationibus — quo *om.* $P^2$N 157 voluntas delectabiliter *om.* O | faceret] fieret S | illud donum] d. i. VYO 158 fuit] fit Q | fine PSZN | ultimo] ⌜...⌟ $O^1$ *om.* $O^2$ 159 illum] istum A | illo] isto V 160 finem] *praem.* illum BQ *praem.* istum Y *add.* illum V

F *150-151* Gen. 1, 28.

T [17] supple: homo per voluntatem tali dono praeditam.

18 Ista omnia ex puris naturalibus suis non potuit habere, etsi ex se haberet aliquod donum cui haec omnia convenirent. Nec propter hoc esset delectatio, licet totus homo delectaretur, cuius ista erat principalis potentia delectandi. Nec forte necesse est ponere quod nullus appetitus sensitivus potuerit tunc tristari: potuit enim visus tunc videre turpe visibile et auditus audire turpe audibile, – et utrumque potuit offendere appetitum sensitivum, sicut et 'conveniens sensibile' delectare; sed voluntas tunc bene usa fuisset istis tristitiis, et etiam delectabiliter usa fuisset tristitiis appetituum inferiorum (ita quod non contristata fuisset immediate ab appetitibus inferioribus), sicut bene usa fuisset delectationibus eorum, non immoderate condelectando.

19 De alio effectu qui attribuitur iustitiae originali, scilicet immortalitate[18 c], non oportet arguere, quia ista immortalitas – ut dictum fuit distinctione 19 – non fuit impossibilitas moriendi (etiam stante illo statu), sed possibilitas non moriendi[19]; quae possibilitas conservata fuisset 'in actu non moriendi' per multa adiutoria quae dicta sunt ibi: puta per esum ligni vitae, per custodiam angelorum, per protectionem etiam divinam et bonum regimen intrinsecum, et cetera ibi dicta[20].

---

[c] *Loco* qui (173) – immortalitate (173-174) *textus interpolatus*: originalis iustitiae, scilicet immortalitate, quae sibi communiter attribuitur[4*].

APSVZBNYOQ(γμυ)

161 Ista] Ita P² | habere] *ante* non Q *add.* ex se PZN | ex se *post* haberet (162) B | Nec] Non V 163 delectatio] delectata Q | delectaretur] *comp.* Y | ista] illa PO 164 necesse est] e. n. AQ 165 potuerit] potuit Q | tunc *om.* O 165-166 visus tunc] t. v. AYOQ 166 tunc] *comp.* S | et *om.* A | audire *om.* V 167 et *om.* V | tunc] *ante* voluntas PZN *om.* SV 168-169 usa — tristitiis *om.* V 168 fuisset *ante* bene Q 169 etiam *om.* VQ 169-170 usa — inferiorum *om.* Q 170 contristata] *post* fuisset Q tristata A | fuisset — ab *om.* N² 171 usa fuisset] f. u. Q | delectationibus] delectabilibus Q delectabili A 173 alio] secundo A 173-174 *et* 8*-9*: qui (173) — immortalitate (174) = APSVZBNYO *edd.* originalis (8*) — attribuitur (9*) Q 173-174 immortale Z 174 ista] illa ZO 175 distinctione *om.* S | 19] 29 SV² 20 V' | etiam] *praem.* sed Y 175-176 etiam — moriendi *om.* S 175 illo] isto AY 177 dicta sunt] data sibi fuissent V 178 ligni] *comp.* O 179 etiam *om.* SYQ | et¹] *add.* per Q | regimen] regnum PNY *add.* etiam A | ibi *om.* V

T [18] De duobus effectibus iustitiae originalis, scil. de non-rebellione et immortalitate, cf. supra n. 2 et nota 4. De primo istorum effectuum actum est supra n. 13-18. [19] Remittit hic ad distinctionem 19, non quidem *Ordinationis* II, ubi illa deest (cf. appar. lect. var., d. 14 ad lin. 358), sed *Lecturae* II, – cf. DUNS SCOTUS, *Lectura* II d. 19 n. 9 (XIX 183). [20] Cf. ibid. n. 10-15 (p. 183-185).

[4*] Auctores qui immortalitatem primo homini attribuunt, indicavimus in *Lectura*, – cf. DUNS SCOTUS, *Lectura* II d. 19 n. 5 (XIX 182 ad lin. 12 et 13).

### [II. – AD ARGUMENTA PRINCIPALIA]

[6] Ad primum argumentum[21] dico quod neutrum illorum[22] potest 20
salvari ex puris naturalibus.

Cum probatur quia opposita eorum[23] sunt poenae[24], dico quod non, 21
sed condiciones naturales, – sicut non est homini poena mori sed naturale, et quod appetitus eius feratur in suum delectabile: ex quo enim homo compositus est ex multis partibus organicis et ita sunt in eo multi appetitus, naturale est quamlibet ferri in suum delectabile, – et etiam ipsum corpus consumi potest, nisi sint remedia quae suppleant abundanter ne consumptio illa vincat.

Contra istud, quia ista[25] fuissent passiones involuntariae, ergo et 22
poenae[26]. – Respondeo et dico quod licet involuntariae voluntate naturali, non tamen poenae; nam contra inclinationem naturalem bovis est mors, et tamen illa non est sibi poena, quia nulla est poena nisi in voluntate (secundum A n s e l m u m , *De conceptu virginali* cap. 4). Si autem d i c a s 'involuntarium' quia contra actum vo-

---

APSVZBNYOQ(γμυ)

182 argumentum *om.* A | illorum] istorum Y eorum A 182-183 potest salvari = PZN fuit A p. haberi O$^{2}$ *rell.* (*om.* S) *edd.* 183 ex — naturalibus *ante* potest (182) BYO$^{2}$ 184 quia] quod N *om.* S | eorum] illorum O istorum Y | sunt *om.* Y | non *om.* O$^{2}$ 185 sed] *in ras.* N$^{1}$ secundum APSZO | homini] *ante* est V boni *ante* non)Q | poena] pure Y 186 eius *om.* Y | feratur = VYQ *edd.* referatur *rell.* | suo (!) S 186-188 ex — delectabile *om.* Y 187 multis] puris O$^{*}$ 188 naturale est] naturales P$^{*}$ | quemlibet AVBN | ferri] *comp.* N$^{*}$O$^{2}$ ferre vel ferri A 189 etiam] in P$^{*}$S *om.* V | sunt S 189-190 supplent O$^{*}$ 190 abundanter] humidum (*add.* radicale VB$^{2}$) VB$^{2}$(*in corr.*)O$^{2}$ | ne] nec Q | illa] ista AY ita S | vincat] vincant N$^{*}$ fiat vel v. Y 191 istud] illud V hoc Q | ista] istae VB$^{2}$Q ita A | fuissent] sunt N | passiones] passione S$^{+}$ passibiles A | involuntariae] in voluntate VQ 192 et *om.* PZBNO | et dico *om.* Q | involuntariae] *in corr.* O$^{2}$ *praem.* sint AO$^{2}$ *add.* fuissent V | voluntate *om.* O$^{2}$ 193 nam] nec V | nam contra] n$^{a}$ S 194 bovis] hominis VBNYO | mors] mori OQ | illa] *post* non S *post* est$^{1}$ B ista AVQ | est$^{1}$ *om.* P$^{2}$ | sibi] *add.* ipsi V 194-195 quia — voluntate *rep. post* poena (197) Z$^{+}$(*signando* Vacat) 194-196 quia — cap. 4 *om.* SVYOQ 196 dicas] *add.* quod V

F *195* ANSELMUS, *De conceptu virg.* c. 4 (ed. SCHMITT II 145; PL 158, 458): «Non enim punitur nisi voluntas, nam nihil est alicui poena nisi quod est contra voluntatem». *196-197* THOMAS, *Sent.* II d. 30 q. 1 a. 1 ad 6 [scil. ad 1 in opp.] (ed. Parmen. VI 657*a*): «Invo-

T [21] Cf. supra n. 2. [22] scil. nec non-rebellio nec immortalitas. [23] scil. rebellio et mortalitas (seu mors). [24] Cf. supra n. 2. [25] scil. rebellio et mors. [26] Cf. THOMAS, *Sent.* II d. 30 q. 1 a. 1 arg. 6 [quod est arg. 1 in opp.] (ed. Parmen. VI 656*a*): «Sed contra: omnis passio involuntaria, poena est; sed mors est passio maxime involuntaria...; ergo mors et alia huiusmodi sunt poenae».

luntatis, – dico quod non fuisset poena involuntaria voluntati exsistenti in puris naturalibus: si enim ipsa noluisset naturam suam habuisse condicionem illam sibi naturalem, peccasset!

23 Ad secundum[27] dico quod illa 'rectitudo naturalis' est libertas innata ipsi voluntati, in qua necessarium est voluntatem fieri a Deo, – nec illa corrumpitur per peccatum; et ita iustitia originalis, si ponatur 'rectitudo naturalis' voluntatis, erit ipsa libertas eius. Sed ista[28] non habet illos effectus qui attribuuntur iustitiae originali[29]; quod si isti effectus attribuantur uni qualitati mediae inter naturam et virtutem infusam, illam qualitatem mediam non est necessarium ponere, quia quaecumque apparent inconvenientia de voluntate, salvabuntur sine ea.

24 Ad tertium[30] dico quod exsistens in puris naturalibus non est aequalis ei qui peccavit exsistens[31] in iustitia; non quia iste habeat aliquam curvitatem quam ille non habet, sed quia iste debitor est iustitiae originalis quam accepit, ille non, – et ideo iste reus, ille non. Et si neutri conferatur visio Dei, uni tamen est 'carentia visionis' poena, alii non: reus enim privatur ea propter reatum, alter vero privatur ea ex condicione naturae.

---

APSVZBNYOQ(γμυ)

197 fuisset] esset B | involuntaria] voluntaria P *om.* A    198 ipsa *om.* B | voluisset PSVYO    199 condicionem] contradictionem A | illam *om.* SBYO | sibi naturalem] supernaturalem Q | peccasset *om.* $Z^2$    200 illa] ista AY | est *om.* $P^*$    200-203 innata — libertas *om.* O′    201 ipsi *om.* $O^2$ | est] *add.* ipsam AQ    202 illa] ista Q | corrumpitur per peccatum] per pecc. c. $O^2$ | ita] ista B | si *ante* iustitia Q    203 rectitudo naturalis] n. r. Q | voluntatis] *rescr.* $O^2$ *in corr.* $B^2$ voluntas S | ista] illa SO    204 quod] quia AQ et PZN    205 attribuantur] attribuuntur AV *om.* Y | mediae *om.* V    205-206 naturam et virtutem] voluntatem et n. O    206 illam] istam V | necesse YOQ    207 salvabuntur] possunt salvari Q    209 exsistens in] ex $O^2$    210 exsistens = *edd.* exsistenti *rell.* (*om.* V) | quia] quod A | iste] ille O | habeat] habet A habeant $P^*$Z    211 ille] iste AY | ille non habet] n. habeat iste Q | quia *om.* Q | iste] ille O    212 quam] quas $P^2$ | ille$^1$] iste AY | non, et] n. et ille O′ et n. i. $O^2$ | iste] ille S$O^2$ est ille V *om.* O′ | ille$^2$] *in corr.* $Q^2$ *praem.* et AVYOQ | Et = ASVO *edd.* Sed *rell.*    213 uni — visionis] carentia v. erit u. Q    214 alii non] *praem.* et Q *add.* est Y | ea *om.* $A^{\pm}$ | reatum] *add.* peccati YOQ    215 ea *om.* B | ex condicione] propter condicionem V

luntariorum illa tantum rationem poenae habent quae sunt voluntati subicibilia...; et ideo si alicui sit 'involuntarium' illud quod potestati voluntatis non subiacet, non propter hoc rationem poenae habet, sicut quod aliquis est brevis nimis in statura...; et hoc modo mors et alia huiusmodi involuntaria sunt».

T [27] Cf. supra n. 3.    [28] scil. libertas voluntatis.    [29] Cf. supra nota 18.    [30] Cf. supra n. 4.    [31] Loco «exsistens» codices erronee tradunt «exsistenti».

[7] Ad quartum[32] dico quod etsi[33] fuerit aliquod donum supernaturale, non tamen oportet quod sit principium meriti: se habet enim ad gratiam, quae est principium merendi, sicut excedens ad excessum, – excedens quidem, quia fini ultimo coniunxit firmius voluntatem quam gratia. Ita enim coniunxit – secundum aliquos – quod non patiebatur secum aliquod peccatum veniale, caritas autem compatitur[34]; et secundum praedicta[35], saltem ita coniunxit quod facilius et delectabilius erat ei pati ab aliqua tristitia inferiore quam alicui delectationi inferiori acquiescere, recedendo a delectatione finis: istam facilitatem non facit gratia, cum qua stat pronitas ad malum et difficultas ad bonum. Sed excedit gratia in hoc quod coniungit fini ultimo ut bono supernaturali et ut supernaturaliter – per meritum – attingendo tale bonum; non sic istud donum, sed tantum coniungebat illi bono ut convenienti et delectabili. 25

[III. – AD ALIQUA DICTA HENRICI GANDAVENSIS]

Ad illud quod tangitur in positione de virga[36], non est simile: non enim quantitas corporalis potest fieri in aliquo – ut videtur – sine 26

---

APSVZBNYOQ(γμυ)

216 etsi] etiamsi Y si V | fuerit] *comp.* Y 217 oporteret Y | sit] si sit V | merendi B | se *post* enim (218) Q 218 ad] et $P^2$Q 219 quidem *om.* V | fini] si $P^*$ | ultimo *in corr.* $O^2$ | coniunxit] coniungit S | firmius] *ante* coniunxit A ulteri (!) $O^*$ *om.* Y 220 voluntas V | Ita] Ista SV | enim coniunxit] c. e. Y | aliquos] alios V 221 compatiebatur V | aliquod peccatum] p. a. Q | veniale] *in corr.* $P^2$ actuale ZN 222 et secundum] vel s. Q *om.* V 222-223 secundum — et *om.* Y 222 ita] ipse (*add.* ita $O^2$) O 223 facilius et *om.* Q | erit Y | ei *om.* A 224 recedendo] cedendo Z 225 istam] illam O 226 excedit] *post* gratia Q extendit Y | gratia] *add.* ut bono Y 227 quod] quia Q *add.* ipsa YOQ | coniunxit A | fini] fieri $P^*$ finis $S^*$ | bono *om.* Y 228 sic] *add.* autem Q | istud] *post* donum (229) Q illud $P^*$Y *om.* A 229 donum] bonum N | illi *om.* A | ut *om.* A 232 illud] aliud YO 233 corporalis] corruptibilis $N^*$ | fieri] ferri Q

F *220* ALEXANDER HAL., *Summa theol.* II-II n. 199 ad 2 (III 212*b*); MATTHAEUS DE AQUASPARTA, *Quaestiones disp. de incarnatione* q. 4 in corp. (BFS II ed. 2 p. 81); THOMAS, *Sent.* II d. 21 q. 2 a. 3 in corp. et ad 4 (ed. Parmen. VI 574*b*. 575*a*); *Summa theol.* I-II q. 89 a. 3 in corp. et ad 3 (VII 143*b*. 144*b*); *De malo* q. 7 a. 7 in corp. et ad 4. 9 (XXIII 178*a*. 178*b*. 179*a*).

T [32] Quartum argumentum supra non adest, sed respondetur (n. 25) ad quartum in *Lectura* et tertium in *Reportatione*, ubi arguebatur quod si iustitia originalis sit donum supernaturale, esset tunc principium sufficiens merendi. – Cf. DUNS SCOTUS, *Lectura* II d. 29 n. 5 (XIX 282); *Rep.* II A d. 29 q. 2. [33] supple: iustitia originalis. [34] De hoc cf. amplius DUNS SCOTUS, *Lectura* II d. 21-22 n. 9-10 (XIX 200-201). [35] Cf. supra n. 14 et n. 17. [36] Cf. supra n. 6.

aliqua determinata qualitate quartae speciei[37]; sed essentia et potentia spiritualis possunt fieri sine habitu.

27 Ad illud quod tangitur ibi de vulneratione in naturalibus[38], dicetur infra distinctione 35, quando dicetur quod peccatum est corruptio boni, et cuius boni, utrum ipsius naturae in qua est vel alterius[39f].

---

[f] *Sequitur textus interpolatus*: De hoc in fine illius quaestionis[5*].

APSVZBNYOQ(γμυ)

234 aliqua] alia S | qualitate *om.* O² | quartae *om.* V | sed] autem *post* essentia Q 236 illud] aliud Y | quod — ibi *om.* Q | ibi] ubi O' *om.* YO² | ibi de] ibidem SB | vulneratione] *comp.* S | in naturalibus] naturalium Y 237 infra] i. (!) Q | 35 = VBQ *edd.* 39 Y 32 O² 37 *rell.* (*om.* SO') | dicitur V 237-238 quod — boni = VYO²Q *edd.* quid corrumpat (*add.* bonum B) peccatum originale (o.] mortale N⁺ *add.* est B) *rell.* (*om.* S) 238 boni²] *add.* vel obiecti A | utrum] unum SO' *add.* scilicet Q

10* De — quaestionis = VYO²Q *edd.* [*ante* vel (238) V]; ¶ *text. sign. tribus punctis* ∴ μ | hoc] *add.* etiam Q | illius] huius Q

T [37] De quattuor speciebus qualitatis cf. THOMAS, *Summa theol.* I-II q. 110 a. 3 arg. 3 (VII 313*a*); ARISTOT., *Praedic.* c. 8 (AL I¹ 23-27; c. 8, 8*b* 26-11*a* 38). [38] Cf. supra n. 7. [39] Cf. infra d. 34-37 n. 33. 46. 69.

[5*] scil. distinctionis 35, – cf. nota 39.

# [DISTINCTIO TRIGESIMA OCTAVA

## QUAESTIO UNICA

### UTRUM INTENTIO SIT SOLUS ACTUS VOLUNTATIS]

[Q. un.] [1] Circa distinctionem trigesimam octavam quaeritur de intentione[a], utrum intentio sit solus actus voluntatis[1]. 1

Quod non: 2

Omne 'per se agens' agit propter finem, ex II *Physicorum*; ergo ex intentione.

Praeterea, non est distincta visio sine intentione copulante, secundum A u g u s t i n u m XI *De Trinitate* cap. 2; sed potest esse distincta visio praecedens actum intellectus, et per consequens omnem actum voluntatis; ergo intentio non est solus actus voluntatis. 3

Praeterea, Luc. 11[b]: *Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus* 4

---

[a] *Loco* Circa (4) – de intentione (4-5) *textus interpolatus*: « Post praedicta, de voluntate »[1*]. Circa distinctionem istam trigesimam octavam, in qua Magister agit de his quae concurrunt ad peccatum (cuiusmodi sunt voluntas et intentio finis), quaeritur.

[b] *Loco* Luc. 11 *a Duns Scoto ponitur*: Matth. 6[2*].

APSVZBNYOQ(γμυ)

4 *adnot.* Dist. 38 A$^1$ *et alii* 4-5 *et* 1*-4*: Circa (4) — intentione (5) = APSVZBNYOγ Post (1*) — quaeritur (4*) Qμυ 4 trigesimam octavam] 28 V | quaero VNBY 5 solus] solum V solius *post* actus Q | actus *om.* S* 7 Omne] *praem.* Quia P$^2$B | agit propter] intendit B | ex$^1$ *om.* VQ | ergo] et (*om.* B$^1$) ergo et agens naturale agit, et per consequens intentio non est actus solius voluntatis B 9 Praeterea] Item APZBN | visio] *ante* distincta B visione N* 9-11 sine — visio *om.* Q 10 XI] 41 V | De Trinitate] Trinitatis PZN | cap. *om.* A | 2] 1 YO 11 visio *om.* P*N* 12 ergo — voluntatis$^2$ *om.* V | est] esset S erit YQ | solius *post* actus Q 13 Praeterea] Item APZBN 13 *et* 5*: Luc. 11] Matth. 6 (6] 5 YOQγ) *codd. edd.* 13 fuerit simplex] s. f. Q | totum *om.* Z

F *7* Aristot., *Physica* II t. 49 (AL VII$^1$ 68; B. c. 5, 196*b* 17-22). *10* August., *De Trin.* XI c. 2 n. 2 (CCL 50, 335-336; PL 42, 986). *13-14* Luc. 11, 34-35: «Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit... Vide ergo ne lumen quod in te est, tenebrae sint».

T [1] Cf. Duns Scotus, *Lectura* II d. 38 q. un.; *Rep.* II A d. 38 q. un.

[1*] Cf. Lombardus, *Sent.* II d. 38 c. 1 n. 1 (SB IV 547): «Post praedicta, de voluntate eiusque fine disserendum est» etc. [2*] Sequens Bonaventuram, *Sent.* II d. 38 a. 2 q. 2 arg. 1-2 in opp. (seu 5-6 in editione) (II 892*a*), Duns Scotus hic duas auctoritates ex eodem Scripturae loco allegatas Matthaeo erronee adscribit, quia scilicet ipse Bonaventura idem fecerat (quem errorem editores eius correxerunt, – cf. ibid. nota 4)

*tuum lucidum erit*; et ibidem: *Vide ergo ne lumen quod in te est* etc. – G l o s s a exponit 'oculum' et 'lumen' de intentione; oculus et lumen pertinent ad intellectum[2].

5 Praeterea, intentio includit relationem unius ad alterum; referre, sicut et conferre, est ipsius intellectus[3].

6 Contra:

M a g i s t e r in littera.

7 Et praeterea, A u g u s t i n u s XIV *De Trinitate*.

## [I. – AD QUAESTIONEM]

8 Respondeo. [2]

Primo videndum est quid dicitur per hoc nomen 'intentio'[4].

---

APSVZBNYOQ(γμυ)

14 tuum *om.* N | erit] *ante* lucidum APZNY esset S | ne *om.* Q | in te] ⌜...⌟ P* vite (!) *post* est V | etc.] tenebrae sint BY 15 Glossa exponit] Ibi e. glossa Q Gl. quod ponit ZN *praem.* Et V | oculum et lumen] l. et o. B | de intentione] de intentionale (!) S intentionem Q | oculus] *praem.* sed Q *add.* autem B 16 intellectum] *add.* ergo Q 17 Praeterea] Item APZBN | relationem] rationem SO | alterum] aliud APZN | referre] *praem.* sed Q *add.* autem VB 18 et] ipsum V *add.* ipsum APSZN | ipsius] solius Y | intellectus] *add.* ergo Q 20 Magister *om.* V 21 praeterea] similiter APZN *om.* VBQ | De Trinitate] Trinitatis PZNO *add.* cap. (*et sequitur spat. vac.*) Q 24 est *om.* Y | hoc *om.* VO* | intentio *om.* Q*

F *15 Glossa interl.* Luc. 11, 34-35 (apud NICOLAUM DE LYRA, V f. 155*v*): «oculus», – glossa: «intentio»; «Vide ergo ne lumen» etc., – glossa: «[Vide ergo ne] ipsa intentio, quae animae lumen est, vitiorum tenebris fuscetur». – Glossa provenit ex BEDA VEN., *In Lucae evangelium expositio* IV (CCL 120, 239-240; PL 92, 482): «'Si oculus tuus'... Si – inquit – pura rectaque intentione quae potes agere bona studueris, lucis profecto sunt opera quae facis, etiamsi coram hominibus imperfectionis aliquid habere videantur... 'Vide ergo ne'... hoc est: ne ipsa cordis intentio, quae lumen est animae, vitiorum caligine fuscetur, sedula discretione perpende». *20* LOMBARDUS, *Sent.* II d. 38 c. 4 n. 2-6 (SB IV 551-552): «Intentio vero interdum pro voluntate, interdum pro fine voluntatis accipitur... Finis ergo voluntatis... dicitur et illud quod volumus, et illud propter quod volumus; et intentio ad illud respicit propter quod volumus, et voluntas ad illud quod volumus...». *21* AUGUST., *De Trin.* XIV c. 3 n. 5 (CCL 50A, 426-427; PL 42, 1039): «Primam reperimus trinitatem in corpore quod videtur, et acie videntis quae – cum videt – inde formatur, et in voluntatis intentione quae utrumque coniungit... In illa corporalis trinitate visionis, formam corporis quod videtur, et conformationem quae fit cernentis aspectu, coniungit intentio voluntatis».

T [2] Cf. BONAV., *Sent.* II d. 38 a. 2 q. 2 arg. 1-2 in opp. (vel 5-6 in ordine) (II 892*a*) et q. 1 ag. 1 (p. 889*ab*-890*a*). [3] Cf. ibid. a. 2 q. 2 arg. 3 in opp. (vel 7 in ordine) (p. 892*a*.). [4] Secundo explicat cuius potentiae intentio sit actus (n. 11-12). – Cf. DUNS SCOTUS, *Lectura* II d. 38 n. 7 (XIX 372): «primo videndum est quid intelligendum sit per nomen 'intentionis', et secundo cuius potentiae sit actus».

'Intendere' enim dicit 'in aliud tendere'. Hoc potest accipi generaliter, sive ab alio habeat quod tendat in illud, sive a se 'movente se in illud'. – Potest etiam aliquid tendere in aliquid ut in obiectum praesens, vel ut in terminum distantem vel absentem.

Primo modo[5] convenit omni potentiae respectu sui obiecti. 9

Secundo modo[6] magis proprie sumitur pro illo quod scilicet ten- 10
dit in aliud et non ducitur in illud, sed ducit se in illud; et hoc modo non potest esse alicuius potentiae naturalis, sed tantum liberae[7], quia – secundum Damascenum cap. 33 – 'appetitus non-liber ducitur et non ducit', et ita est de omni potentia naturali.

Hoc ergo modo[8] proprie accipiendo 'intendere', prout scilicet di- 11
cit 'in aliud tendere ex se', erit principaliter potentiae liberae; sed cum 'libere velle' sit totius liberi arbitrii, quod includit intellectum et voluntatem (secundum illam tertiam opinionem distinctione 25 huius)[9], totius erit 'intendere' (et hoc si propriissime sumatur), et non erit alicuius respectu obiecti sui sed respectu finis. Et cum in omni volitione – secundum Anselmum – sit accipere 'quid' et

---

APSVZBNYOQ(γμυ)

25 aliud] alio N$^{+}$ | tendere] intendere Q 26 ab *om.* S | habeat] ⌈...⌋ N$^{+}$ | tendat] *post* illud Y intendat B tenda (!) P$^{*}$ | sive[2]] ⌈...⌋ N$^{+}$ | se[2]] ducat se ipsum B 27 illud] *comp.* Y | Potest etiam] Etiam potest APZN Potest Q *add.* dici V | aliquid[1] *om.* YOQ | intendere Q | aliquid[2]] aliud N | in obiectum] solum P 28 ut *om.* V | terminum] terram (!) Y 29 omni] communi S 30 magis] *comp.* S *om.* YO | sumitur *ante* magis Q | pro illo *om.* Y | quod scilicet] sc. q. Q 31 sed] quod N$^{2}$ | sed — illud[2] *om.* Z | ducit] ducat Y | hoc modo] sic B 32 non — esse] intentio e. n. potest V | non — liberae *om.* O$^{2}$ | potentiae naturalis] n. p. V | tantum] *add.* potentiae P$^{2}$Q 33 quia *om.* O$^{2}$ | cap. 33] libro II cap. 26 V 34 ducitur — ducit] non ducit sed ducitur B | et non ducit] in illud sed ut (*cf.* 28) P$^{\prime}$ non ducit sed (!) P$^{2}$ in illud sed non ducit N | ita] hoc modo Y | est *post* naturali APZN 35 Hoc ergo modo] H. m. e. APZN Sic e. Y | proprie *om.* VYQ | intendere] tendere V 35-36 intendere — liberae *om.* Q 35 scilicet *om.* Y 36 ex] secundum APZN | erit] esset S et YO | liberae] *add.* convenit YO$^{2}$ 36-37 sed cum] licet N 37 cum *om.* P$^{*}$ 38 et voluntatem *om.* Y | tertiam] *post* opinionem B *om.* Y | opinionem] *add.* dicitur (*et sequitur spat. vac. unius cm.*) Y | distinctione *om.* P$^{2}$ | 25 = μυ ⌈...⌋ P$^{\prime}$ 35 P$^{2}$ 3 primo (!) N 31 *rell.* γ 39 hoc *om.* V | si] *add.* et O$^{+}$ | sumitur P$^{2}$ | et[2]] etiam V 40 alicuius] *add.* potentiae Q | sui *om.* Q 41 quid] qui S$^{*}$ aliquid N 41-42 et cur] etc. Q

F *33* DAMASC., *De fide orth.* c. 36 [II c. 22] (FIP t. s. VIII 138; PG 94, 946) (textus cf. supra d. 29 ad lin. 79); c. 41 [II c. 27] (p. 153; col. 962). *41* ANSELMUS, *De veritate* c. 12 (ed.

T [5] Cf. supra n. 8 («sive ab alio habeat quod tendat in illud»). [6] Cf. supra n. 8 («sive a se 'movente se in illud'»). [7] De praedictis (n. 9-10) cf. THOMAS, *Summa theol.* I-II q. 12 a. 5 in corp. (VI 97*ab*). [8] scil. secundo. [9] Dist. 25 similibus verbis allegatur etiam supra in d. 34-37 n. 99 et n. 142; cf. supra d. 34-37 nota 151. – Loco «25» codices alias lectiones erronee tradunt.

'cur', 'intendere' non respicit 'quid' sed 'cur', prout scilicet dicit tendentiam in aliquid ut distans, per aliquid tamquam per aliquod medium[10].

12 Erit ergo 'intentio' actus liberi arbitrii ratione voluntatis, et erit actus eius respectu eius quod vult. Quod si voliti et eius propter quod est volitum, sit idem actus volendi, idem actus erit usus et intentio; si autem alius, intentio dicet formaliter actum illum quo tendit in finem, et materialiter actum utendi quo refert aliud in illum finem[11].

### [II. – AD ARGUMENTA PRINCIPALIA]

13 Ad primum argumentum[12] patet quod procedit de 'intendere' [3]
prout dicit tendentiam alicuius determinati et terminati ab alio.

14 Ad secundum[13] dico quod primam visionem non causat intentio voluntatis copulans, sed totum[14] potest copulare, concedendo 'in eodem instanti temporis' et ita firmando illam visionem; sed posita prima intellectione, voluntas potest convertere vel avertere respectu

---

APSVZBNYOQ(γμυ)

42 intendere — cur$^2$ *om.* B$^2$ | quid] aliquid V | sed] et ASZB | scilicet] *ante* prout APZN *om.* B 43 aliquid] aliud N | distans] *add.* ⌜...⌟ P$^*$ | per aliquid *om.* N$^2$ | aliquod] aliquid B 45 Erit] Est AP$^*$ZNY | actus *om.* Y 45-46 liberi — actus *om.* SO$^2$ 45 arbitrii *om.* N$^2$ 46 respectu eius *om.* P$^2$N$^2$ | Quod] quia AVZN *om.* S | si] sed S$^*$ etsi Q | quod$^2$] quid S 47 sit *om.* O$^2$ | usus] visus Y visio V | et] *add.* etiam A 48 si — intentio *om.* Z | alius] eius V | dicit AP$^*$VZN | formaliter actum] a. f. N$^2$ | illum] istum Y | tendit] intendit V *add.* voluntas Q 49 materialiter] naturaliter Y | utendi] intendi Q intelligendi V | quo] ergo Y | refertur O | aliud] illud V *om.* YO | in] ad O *om.* S | illum] istum Y *add.* ut P$^2$ 51 patet *om.* S | quod] quia YOQ | praecedit B 52 tendentia O | et *om.* S | terminati] liberati O$'$ deliberati O$^2$ *pon.* moti P$^2$ *om.* S 53 primam *rep.* O | intentio] intendere Y 54 totum] illa posita P$^2$B | potest] habet Q | copulare] *comp.* O copulari N *add.* et Q | concedendo] *comp.* VQ concedo A cum obiecto (!) P$^2$(*in ras.*)N$^2$B; ¶ *sign.* Liber domini [mei] habet 'concedendo', sicut vere erat antequam aliquis delevisset, qui primo correxit N$^2$ | in] *praem.* quod Q 55 sed] similiter P$^2$ 55-56 prima] prius Y 56 intellectione] intentione AP$^*$VN *comp.* SZYO | voluntas] *post* potest B voluntatis Q | convertere] *praem.* se Q *add.* se V | vel] et Q

SCHMITT I 193-194; PL 158, 481): «Omnis voluntas sicut vult aliquid, ita vult propter aliquid... Quapropter omnis voluntas habet 'quid' et 'cur': omnino namque nihil volumus nisi sit 'cur velimus'».

T [10] Cf. THOMAS, *Sent.* II d. 38 q. un. a. 3 in corp. (ed. Parmen. VI 731*b*): «Per hoc autem quod dicitur 'in aliquid tendere', importatur quaedam distantia illius in quod aliquid tandit» etc.; a. 5 in corp. (p. 733*b*): «Alio modo, fertur actus in finem mediante eo quod est ad finem, et hoc proprie dicitur 'intendere finem'». [11] Cf. ibid. a. 4 in corp. et ad arg. 1 (p. 732*b*). [12] Cf. supra n. 2. [13] Cf. supra n. 3. [14] scil. visionem et rem visam (iuxta Augustinum, loco indicato supra ad lin. 10).

aliarum operationum et ita diversimode copulare[15]. Neganda est igitur illa maior quod 'nulla visio distincta possit haberi sine intentione copulante'[16], nisi intelligatur ista copulatio non esse actu concomitans; et hoc modo neganda est illa quod 'visio discreta praecedit tempore omnem intellectionem'[17], licet naturā praecedat. Vel si illa visio – quae est sine intellectione et intentione concomitantibus – potest esse sine intentione voluntatis copulante, sicut illa cum qua concomitatur intellectio et volitio, tunc neganda est illa propositio absolute quod 'visio discreta non potest esse sine intentione copulante'[18]. Nec 'illam negare' est contra A u g u s t i n u m : vult enim i p s e quod voluntas potest aciem convertere ad obiectum et tendere in obiectum, sed non vult quod nulla visio posset fieri nisi intentio sic tendat et convertat.

Ad ultimum[19] dico quod conferre per modum iudicii est solius in- 15
tellectus, sicut et intelligere, – sed referre utendo sive ordinando unum amabile ad aliud, est voluntatis; sicut enim voluntas est reflexiva, quia immaterialis, ita et collativa vel potens referre suo modo.

---

APSVZBNYOQ(γμυ)

57 et ita diversimode copulare] c. SYO ad copulandum vel non copulandum Q | copulare] comprehendere V | est igitur] i. e. Y 58 illa] ista Y *om.* V | maior] minor A 59 intelligantur $B^+$ | ista] illa VOQ | copulatio] *add.* ita quod A | non esse] (...) P′ esse $P^2$ | esse] esset V erit ASZ est N | actu] actum ASO actus $P^2$ 59-60 concomitans] *comp.* $O^2$ concomitandum S 60 neganda est] negata e. A non e. n. V | illa] ista Y ista ita V *add.* minor $P^2$ | discreta *om.* $P^2$N | praecedat V 61 intellectionem] intentionem APSVN i. sive intentionem Q | licet] *add.* illa V *add.* ista Y | praecedat] *ante* natura SVB praecedit O *add.* intentio A | si] sine $P^2$ | illa] *post* visio (62) Q ista V 62 quae] non V | intellectione] *comp.* $N^+$ intentione (!) V | concomitantibus] *comp.* $O^*$ 63 potest — copulante *om.* SVYOQ | voluntatis copulante] c. v. Z | sicut] s. sine A | illa] ista VY 64 concomitabatur APZ | intellectio] intellectus V intentio NOQ | volitio] *in corr.* $P^2$ vilitio O | tunc] tamen APZBN | illa] *post* propositio Q ista VY 65 absolute *ante* neganda (64) Q | discreta] distincta Q | sine intentione] sive intentio et volitio N 66 illam] istam VY illas Q 67 voluntas] *comp.* S | aciem] active SY se V etiam O | convertere] *add.* se S | tendere] tenere $P^2$(*in corr.*)OQ 68 vult] *ante* non S *om.* V | nulla visio] v. n. P | possit SVBQ 69 tendat] teneat $P^2$SBOQ terminet V | convertet V 70 ferre N 71 et] *in ras.* $P^2$ *pon.* est $P^3$ | sed *om.* S | referre] conferre YQ | utendo] *add.* autem Y | sive] et N | ordinando] *add.* referre Y 72 ad *om.* $N^*$ | ad aliud] in a. vel ad aliud B | voluntatis] voluntas S | sicut — est$^2$] voluntas enim est V | est$^2$ *om.* Q 73 immaterialis] immutabilis $P^*$ mutabilis N | et *om.* O | collocativa O | vel *om.* S | referre] conferre vel r. *post* modo Q *add.* se V

F 67 August., *De Trin.* XI c. 3 n. 6 (CCL 50, 339-341; PL 42, 988-989).

T [15] Cf. August., *De Trin.* XI c. 4 n. 7 (CCL 50, 341-342; PL 42, 989-990). [16] Cf. supra n. 3. [17] Cf. supra n. 3 (in minore argumenti). [18] Cf. supra n. 3 (maior argumenti). [19] scil. ad quartum, supra n. 5 (ad tertium, supra n. 4, non respondetur).

# [DISTINCTIO TRIGESIMA NONA

## QUAESTIO 1

### UTRUM SYNDERESIS SIT IN VOLUNTATE]

[Q. 1] [1] Circa distinctionem trigesimam nonam quaeritur de conscientia et synderesi, – et primo, utrum synderesis[1] sit in voluntate[2][a]. 1

Quod sic: 2

Semper enim remurmurat malo[3]; 'remurmurare' est voluntatis; ergo etc.

Praeterea, voluntas necessario vult commoda, secundum Anselmum *De concordia* 44: «Commoda non-velle nequit»; ergo aeque necessario vult iustitiam, quia iustitia est perfectio aeque conve- 3

---

[a] *Loco* Circa (4) – in voluntate (5) *textus interpolatus*: «Hic oritur quaestio»[1*]. Circa istam trigesimam nonam distinctionem, in qua Magister quaerit quare bonitas et malitia sunt magis in voluntate quam in aliis viribus animae, quaeruntur duo: primo, utrum synderesis sit in voluntate, – secundo, utrum conscientia sit in voluntate[2*]. Circa primum arguitur.

APSVZBNYOQ(γμυ)
4 *adnot.* Dist. 39 A[1] *et alii* 4-5 *et* 1*-5*: Circa (4) — voluntate (5) = APSVZ BNYO *edd.* Hic (1*) — arguitur (5*) Q 4 nonam] octavam N quartam Z | quaeritur] quaero (*ante* Circa B) VB 5 et[1] *om.* O* 7 Semper enim] Quia semper Q | remurmurare] *comp.* Y 8 ergo *om.* NQ | etc. *om.* SYQ 9 Praeterea] Item B | vult] ⌜...⌝ P[2] 10 De concordia] *om.* O *add.* cap. Q 11 est *om.* O | perfectio aeque] ae. p. B

F 9-10 ANSELMUS, *De concordia* q. 3 c. 13 (ed. SCHMITT II 286; PL 158, 539): «Voluntas... fervens desiderio commodorum, quae non-velle nequit...».

T [1] Nomen 'synderesis' primus in Occidentem invexit HIERONYMUS, *In Ezechielem proph.* I 1, 6-7 (CCL 75, 12; PL 25, 22): «Quartamque [animae potentiam philosophi] ponunt..., quam Graeci vocant συντήρησιν, quae scintilla conscientiae in Cain quoque pectore, postquam eiectus est de paradiso, non exstinguitur... Quam proprie aquilae deputant, non se miscentem tribus sed tria errantia corrigentem». [2] Cf. DUNS SCOTUS, *Lectura* II d. 39 q. 1; *Rep.* II A d. 39 q. 1. [3] Cf. BONAV., *Sent.* II d. 39 a. 2 q. 3 in corp. (II 914*b*): «Sicut dicunt sancti et Glossae [cf. ALEXANDER HAL., *Sent.* II d. 40 n. 1 (BFS XIII 380-385)], synderesis, quantum est de se, semper habet ad bonum stimulare et peccato remurmurare, quamdiu sumus in statu viae»; THOMAS, *De veritate* q. 16 a. 3 in corp. (XXII[2] 508*b*): «... et haec est synderesis, cuius officium est remurmurare malo et inclinare ad bonum».

[1*] Cf. LOMBARDUS, *Sent.* II d. 39 c. 1 n. 1 (SB IV 553). [2*] De hoc 'secundo' cf. infra n. 7.

niens sibi sicut commodum. Sed illud quo homo necessario inclinatur in iustitiam, p o n i t u r 'synderesis'; ergo aliquid est in voluntate quod potest poni synderesis.

4 Item, voluntas naturalis necessario vult hoc in quod tendit, quod patet ex XIII *De Trinitate* cap. 5, ubi vult A u g u s t i n u s quod 'certum est omnes velle beatitudinem propter inclinationem naturalem ad illam', quod non esset certum nisi voluntas ipsa necessario vellet eam; ergo 'necessario volitum' est naturaliter volitum. Sed iustitia est naturaliter quid volitum a voluntate, quia est perfectio ita naturalis voluntati sicut commodum; ergo necessario volitum. Ergo illud debet poni in voluntate quod ponitur necessarium principium inclinandi voluntatem ad iustitiam; hoc est synderesis; ergo etc.

5 Item, natura inferior – puta irrationalis – habet principium necessario tendendi in illud quod sibi recte convenit secundum naturam

---

APSVZBNYOQ(γμυ)

12 Sed] secundum Q  13-14 ergo — synderesis *om.* $P^2N^2O^2$  15 Item] Praeterea SVYO | necessario] *post* vult B *om.* Y | hoc] illud BYOQ | in] *ante* hoc $Z^+$ *post* quod $O^+$  15-16 quod patet] p. Q *om.* A  16 ex *om.* VQ | De Trinitate] Trinitatis ABN *om.* S | cap. *om.* A | vult] dicit Q | Augustinus] per Augustinum *ante* XIII Q  17 ad] et $O^+$  18 certus $O^+$ | nisi — ipsa] si voluntas non Q voluntas n. i. $A^+$ | ipsa *om.* YO | eam] *ante* vellet APZ ipsam N  19 est — volitum$^2$ *om.* Q | volitum$^2$ *om.* $P^2N^2$  19-20 Sed — volitum] *rep.* Q *om.* Y  20 quid] *ante* naturaliter (19-20) SB quoddam *ante* naturaliter V *om. utrobique* Q | volitum] volita *in textu rep.* Q | ita] eius *ante* perfectio Q  20-21 voluntati *om.* Q  20-23 voluntati — iustitiam *rep. post* naturalis$^1$ (93) V  21 commodo Y | ergo] *add.* est Q | volita Q | debet *ante* Ergo Y  22 ponitur] est Q | inclinandi] *praem.* in (!) B  22-25 inclinandi — necessario *om.* $O^2$  23 ad] in Q | etc. *om.* SQ  24 Item] Praeterea VYQ | inferior] infima APZN | irrationalis] *comp.* V  24-25 necessario *om.* $YO^2Q$  25-26 in — tendendi *om.* $P^2$  25 illud quod *om.* Q | recte convenit] c. (conveniens Q) r. YQ ratione c. (*add.* recte Z) AZ

F *13* BONAV., *Sent.* II d. 39 a. 2 q. 1 'ad qq. ultimas' (II 911*b*): «Synderesis dicit potentiam affectivam, in quantum naturaliter habilis est ad bonum et ad bonum tendit»; THOMAS, *Sent.* II d. 39 q. 3 a. 1 in corp. (ed. Parmen. VI 740*a*): «Haec superior rationis scintilla, quae 'synderesis' est, extingui non potest, sed semper repugnat omni ei quod contra 'principia naturaliter sibi indita' est»; *De veritate* q. 16 a. 3 in corp. (XXII$^2$ 508*b*): «Unde et in operibus humanis, ad hoc quod aliqua rectitudo in eis esse possit, oportet esse aliquod principium permanens, quod rectitudinem immutabilem habeat, ita quod illud principium permanens omni malo resistat et omni bono assentiat. Et haec est synderesis»; RICHARDUS DE MEDIAV., *Sent.* II d. 39 princ. 3 q. 2 in corp. (II f. 161*ra*): «Actus eius [scil. synderesis] numquam potest esse peccatum, nec ad peccatum inclinatio, sed est inclinatio ad retrahendum nos a peccato».  *16* AUGUST., *De Trin.* XIII c. 5 n. 8 (CCL 50A, 392; PL 42, 1020): «Quoniam verum est quod omnes homines esse beati velint idque unum ardentissimo amore appetant...».

suam; ergo et voluntas habebit principium necessario tendendi in iustitiam, quae sibi convenit ex natura sua.

Oppositum vult Magister in littera, adducens Hieronymum *Super Ezechielem*, quod superior portio rationis est synderesis; ergo est in superiore portione rationis, – ergo in intellectu, qui intendit contemplationi. 6

## [QUAESTIO 2

### UTRUM CONSCIENTIA SIT IN VOLUNTATE]

[Q. 2] [1] Secundo quaero utrum conscientia sit in voluntate[4]. 7

Quod sic: 8

*Conscientia*[5] *bona* etc. (ad Hebr.); bonitas pertinet ad voluntatem; ergo et conscientia.

Praeterea, si esset in intellectu, plus sciens de agibilibus esset plus conscientiosus; consequens falsum, – ergo et antecedens[6]. 9

Ad oppositum: 10

Eccl. 7: *Scit enim conscientia tua quod maledixisti ei* etc.

---

APSVZBNYOQ(γμυ)

26 suam] necessario Q *add.* recte A  26-27 ergo — sua *rep.* B*(¶ *sign.* Vacat) 26 et *om.* Q | habet Q | principium] *post* necessario Y *om.* S  27 ex natura sua] ex s. n. S secundum naturam suam ( s. n. Q) (*in priore textu* B) BQ  28 Oppositum] Contra Q 29 Ezechielem] ente (!) S 3 cap. 34 super 3 cap. 34 (!) V *add.* dicit Q  29-30 est — rationis *om.* B[2]  30 est] et O | portione] proportione O | rationis *om.* V | ergo] *add.* est PSBNQ | intellectu] intelligibili S | qui] quae PSZB  31 contemplationem S  34 Secundo quaero] Circa secundum Q | conscientia] scilicet scientia Q  35 Quod] Arguitur quod Q  36 Conscientia] Voluntas *codd.* μ | Conoscientia — Hebr.] Confidimus enim quia (q.] quod υ) bonam conscientiam habemus etc. (etc. *om.* υ), ad Hebr. 13 (ad — 13 *ante* Confidimus υ) γυ | bona *in ras.* P[2]  37 et] ⌈...⌋ P*  38 Praeterea] Item APZBN | esset[1] *om.* V | in] de Q | plus] *praem.* tunc Q  39 conscientiatus Q | falsum] *add.* est YQ | et *om.* APZBN  40 Ad oppositum] Contra BQ  41 Eccl.] Eccli. S | quod] quia Y *add.* tu crebro O[2] | ei] aliis S *om.* VN* *sed iterum om.* N[2]

F *28-30* Lombardus, *Sent.* II d. 39 c. 3 n. 3 (SB IV 556): «Superior enim scintilla rationis, quae etiam – ut ait Hieronymus [*In Ezechielem proph.* I 1, 6-7 (CSEL 75, 12; PL 25, 22)] – 'in Cain non potuit extingui', bonum semper vult et malum odit».  *36* Hebr. 13, 18: «Confidimus enim quia bonam conscientiam habemus, in omnibus bene volentes conversari». *41* Eccl. 7, 23: «Scit enim conscientia tua quia et tu crebro maledixisti aliis».

T [4] Cf. Duns Scotus, *Lectura* II d. 39 q. 2; *Rep.* II A d. 39 q. 2.  [5] Loco «Conscientia» codices erronee tradunt «Voluntas», quod est contra parallelum locum *Lecturae* et contra Hebr. [6] Cf. Henricus Gand., *Quodl.* I q. 18 in corp. (AMPh s. 2, V 151-152).

11 Hoc etiam patet de actibus conscientiae, qui sunt testificari, accusare, iudicare etc.[7], quae omnia pertinent ad rationem et intellectum; ergo etc.

### [I. – AD UTRAMQUE QUAESTIONEM
### A. – OPINIO HENRICI GANDAVENSIS
### 1. – OPINIONIS ENUNTIATIO]

12 Hic dicitur quod 'lex naturae principia naturalia agendorum contineat', – quaere Henricum I *Quodlibet* quaestione 18.

### [2. – OPINIONIS IMPROBATIO]

13 Contra istud arguitur[8]: [2]

Primo de synderesi, quia si ipsa habeat actum elicitum, necessario tendentem in bonum et resistentem malo, et nihil tale est in volun-

---

APSVZBNYOQ(γμυ)

42 conscientiae *om.* Y | qui] quae V | sunt] *comp.* S | testificari] testificare VZN* rectificare P* 42-43 accusare] *add.* et SB 43 quae] *post* omnia A *om.* PZN 44 ergo etc.] quare etc. S ergo Q *om.* V 48 naturalia] similia S* 48-49 contineat] continet *ante* principia (48) Q continuat B 49 Henricum] *in corr.* O[2] *in ras.* P[2] hoc in Henrico A | I] *post* Quodlibet Q *in ras.* P[2] | 18] 8 N 17 Y *add.* ibi invenies pro certo APZN 51 istud] illud Y hoc Q 52 de *om.* P* | quia] quod V 53 tendentem] antecedentem N* | et[1] *om.* VO* | malo] in m. Z in illo P[2]

F 48-49 HENRICUS GAND., *Quodl.* I q. 18 in corp. (AMPh s. 2, V 152-153): «Sicut enim in cognitiva sunt lex naturalis ut universalis regula operandorum et ratio recta ut particularis, sic ex parte voluntatis est quidam universalis motor stimulans ad opus secundum regulas universales legis naturae, et dicitur 'synderesis', quae est in voluntate quaedam naturalis electio semper concordans cum naturali dictamine legis naturae..., et quidam motor particularis stimulans ad opus secundum dictamen rationis rectae, et dicitur 'conscientia', quae est in voluntate quaedam electio deliberativa semper concordans cum dictamine rationis rectae... Et semper formatur conscientia a consensu et electione liberae voluntatis iuxta iudicium et sententiam rationis, ut si sit ratio recta, recta est et conscientia, – si sit ratio erronea, erronea est et conscientia. Et quia conscientia non formatur nisi ex volentis libera electione, licet iuxta notitiam rationis, ex hoc contingit quod aliqui multam notitiam operandorum habentes, nullam vel modicam habent in se conscientiam de operando secundum scientiam, et hoc vel quia de operando nihil deliberant sed omnia praecipitanter agunt, – vel si deliberant, libere tamen contra conscientiam eligunt et omnino ipsam respuunt, aut debiliter eam in eligendo sequuntur et contraria his quae noverunt, agunt; unde omnes tales agunt contra scientiam, sine omni conscientia remordente aut modica, solum habentes remorsum synderesis, quae omnino extingui non potest».

T [7] Cf. THOMAS, *Summa theol.* I q. 79 a. 13 in corp. (V 280*b*). [8] Arguitur (n. 13-18) contra opinionem Henrici, dicentis (supra ad lin. 48-49) quod synderesis et conscientia sint in voluntate.

tate, – ergo ipsa non est in voluntate. – Probatio assumpti, quia distinctione 1 I ostensum est quod voluntas non necessario fruitur fine ostenso[9], – nec aliqua potentia vel vis vel habitus in ea potest esse principium necessario fruendi; ergo nec principium necessarium concorditer volendi principiis practicis, quae sumuntur a fine.

Praeterea, si esset aliqua talis potentia vel vis vel portio in volun- 14
tate, quae actu elicito necessario tenderet in bonum et resisteret malo, ipsa esset suprema in tota voluntate, quia ipsa respiceret finem ultimum, a quo sumuntur prima principia practica; ergo in potestate eius esset ipsa voluntas secundum quamlibet vim vel portionem eius inferiorem, ita quod ipsa movente portio vel vis inferior obediret sibi et conformiter moveretur. Ergo ipsa impediret omne peccatum in voluntate, quia sicut ipsa necessario moveretur, ita ipsa necessario moveret totam voluntatem: illa enim tota moveretur sicut ista movetur, – et si tota voluntas esset recta, nullum esset peccatum!

[3] Contra aliud, de conscientia, arguitur: 15

Primo, quia habitus appetitivus non generatur ex uno actu[b]; sed

---

[b] *Sequitur textus interpolatus*: I et II Ethicorum: « Una dies non facit ver » etc.[3*].

APSVZBNYOQ(γμυ)

54 Probatio assumpti] Assumptum probatur Q | assumptae Y   54-55 distinctione 1] 1 d. Q   55 I] *om.* Z *add.* libri BQ | fruitur *in corr.* $O^{2}$   56 nec] ut S | aliqua] alia VY | 12 potentia vel *om.* Q | $vel^{1}$] *in ras.* $P^{2}$ ut S | in ea *om.* Y   57 necessario] necessarium B | necessarium] necessario V   57-58 concordi voluntati Y   58 sumuntur a fine] a. f. s. B   59 Praeterea] Item B | potentia vel *om.* Q | $vel^{2}$] et Q   59-60 in voluntate *ante* esset (59) Q   60 quae] in APSZBN | elicito] *add.* quae $BN^{2}$ | tenderet] ⌜...⌟ P′ tendens $P^{2}$ | resisteret] resistet P′ resistens $P^{2}$   61 essent P* | $ipsa^{2}$] potentia B | finem] *post* ultimum (61-62) V *add.* ut P*ZN   62 sumuntur] *in corr.* $P^{2}$ sumentur Z | practica *om.* $P^{2}$ZN   63 quamlibet] quamcumque A | portionem eius] potentiam B   64 movente] *in corr.* $P^{2}$ volente (*rescr.* $N^{2}$) AZN manente VY | portio vel vis] vis vel p. Q vis S | obediret sibi] s. o. B   65 conformiter moveretur] m. c. sibi Q c. movetur AZNO*   65-66 Ergo — moveretur *om.* Y   65 omne *in corr.* $S^{2}$   66 $ipsa^{1}$] ista ip. S | $necessario^{1}$] primo APVZN | movetur V | ita] *add.* quod Y | $ipsa^{2}$ *om.* Q   66-67 $necessario^{2}$ — voluntatem] tota voluntas n. moveretur Q | moveret *post* voluntatem (67) B   67 illa] *rep.* Y   67-68 illa — movetur] ad eius motum et ab ea Q   67 tota moveretur] m. t. V | ista] illa O ipsa VY   68 moveretur V | peccatum] falsum O′ p. in voluntate $O^{2}$ *add.* in voluntate Y *add.* in ea Q   69 aliud] illud Y | conscientia] scientia VQ   69-70 arguitur: Primo *om.* Y   70 quia] quod P*Z | habitus appetitivus] a. h. Y | generatur *in corr.* $N^{2}$ | ex] de Y *om.* $N^{2}$ | uno *om.* V

6* I — etc. = $P^{2}Z^{2}BN^{2}$ | I] *praem.* ex $N^{2}$ | Una — ver *ante* I $Z^{2}$ | etc. *om.* $Z^{2}$ $BN^{2}$

T [9] Cf. DUNS SCOTUS, *Ordinatio* I d. 1 n. 80. 143-146 (II 60. 96-97).

[3*] ARISTOT., *Eth. Nic.* I c. 9 (AL $XXVI^{3}$ 151; A c. 6, 1098*a* 18-19: «Una hirundo ver non facit, neque una dies»; II c. 1 (p. 164; B c. 1, 1103*b* 21-22): «Ex similibus operationibus habitus fiunt».

ex uno syllogismo practico, deducendo evidenter aliquid conclusum ex primis principiis practicis, est conscientia; ergo non est habitus appetitivus acquisitus. Patet etiam quod non est innatus, nec portio, nec vis.

16 Praeterea, quod natum est causari ab aliqua causa, non potest causari ab alia causa nisi virtualiter contineat perfectionem illius causae; habitus voluntatis natus est causari ab actu voluntatis ut a propria causa; ergo non potest causari ab alio actu nisi ille actus contineat in se virtualiter actum voluntatis. Sed actus intellectus non continet in se virtualiter actum voluntatis, secundum i s t u m, quia 'actus voluntatis est perfectior'; ergo non potest intellectus per actum suum causare in voluntate tale pondus quod sit quasi habitus voluntatis[10].

17 Praeterea, aut voluntas potest istud pondus non recipere, et tunc intellectus non erit causa eius sufficiens; causa enim sufficiente agen-

---

APSVZBNYOQ(γμυ)

71 deducendo] reducto V | aliquid] ad a. aliud V 72 primis *om.* PSN | est$^1$] fit Q generatur B$N^2$ | ergo] *om.* B′ e. conscientia $B^2$ 73 etiam *om.* A | est *om.* P$^*$N 73-74 nec ... nec] vel ... vel Y 73 portio] *in ras.* $P^2$ perfectio N 74 nec] neque Q naturae S 75 Praeterea] Item APZBN ipsa Y | non *in corr.* $N^2$ 76 alia] illa Y 76-77 alia — voluntatis$^2$ *rep. post* ab (78) $V^+$(¶ *sign.* Vacat) 76 causa *om.* YQ | nisi] ubi P | perfectionem *in corr.* $O^2$ | illius] huius O 77 causae] causati Y | ut] sicut Q | a *om.* A 78 propria] proxima Y | causa] *in ras.* $P^2$ *om.* $N^*$ | actu *om.* V | nisi] *add.* quia AZN | ille] *post* actus Q iste AZN 79 in se *om.* V | virtualiter *ante* contineat (78-79) B | actum voluntatis] actu voluntatem V 79-80 Sed — voluntatis *om.* SY 80 in se virtualiter *om.* V | quia *ante* secundum AQ 81 ergo] *spat. vac.* Y 81-82 non — suum] intellectus per s. actum non potest Q 81 per] pm (*et pon. signum attentionis* x $Y^2$) Y 82 voluntatem O | habitus] actus $P^+N^+$ *om.* Q 82-83 voluntatis *om.* $P^*$N 84 Praeterea] Item APVZBN | aut voluntas] actus voluntatis V | potest *ante* voluntas Y | istud] illud $P^*$SY | accipere B 85 eius *om.* $N^*$Q | enim] quia *ante* causa$^2$ Q

F 80 HENRICUS GAND., *Quodl.* I q. 14 in corp. (AMPh s. 2, V 84): «Et dicendum est simpliciter quod illa potentia praeeminet alteri, cuius habitus, actus et obiectum praeeminent [*in editione:* praeeminet] habitui, actui et obiecto alterius. Nunc autem ita est, quod omnino habitus, actus et obiectum voluntatis praeeminent actui, habitui et obiecto intellectus. Idcirco absolute dicendum quod voluntas praeeminet intellectui et est altior potentia illo»; ibid. (p. 89): «Absolute ergo dicendum quod voluntas superior vis est in toto regno animae, et ita ipso intellectu».

T [10] Cf. HENRICUS GAND., *Quodl.* IX q. 5 in corp. (AMPh s. 2, XIII 133): «Dico quod licet voluntas nullo modo moveatur ab intellectu practico secundum actum volendi..., movetur tamen ab ipso secundum passionem aliquam, quae est velut pondus in ipsa voluntate ut est libera, inclinans ipsam ad modum habitus ut velit».

te, est effectus quando 'passum receptivum' est debite approximatum. Si non potest non recipere, ergo – stante illa consideratione actuali in ratione – non potest voluntas istud pondus deponere, quia non minorem necessitatem habet ratio in causando pondus causatum quam in conservando.

Praeterea, aut necesse est voluntatem agere secundum istud pon- 18
dus datum, aut non. Si sic, non est libera, quia agens huius ponderis est naturalis causa, ergo et effectus eius erit forma naturalis; ergo 'necessario agens secundum istud pondus' non libere agit, quia non est in potestate eius sic et aliter agere. Si non necesse est agere secundum istud pondus (quod etiam videtur manifeste velle Apostolus, ex illa g l o s s a ad Rom. 'Quidquid est contra conscientiam' etc., ex quo patet quod peccatum aliquod committi potest contra conscientiam[11]), tunc[12] sequitur quod stante conscientia perfecta, volun-

---

APSVZBNYOQ(γμυ)

86 est$^{1}$] *post* effectus B sequitur VYO$^{2}$ *om.* SO$'$ | est effectus] sequitur eff. *post* approximatum (86-87) Q *add.* maxime APZBN | quando] circa Q | passivum Y | receptivum] receptum S *om.* YO | est$^{2}$ *om.* Q | debite] debitum Y sufficienter V$^{*}$ 86-87 approximatum *om.* Y 87 Si] Sed V aut Q | non$^{1}$] enim AZN$^{*}$ | non$^{2}$ *om.* SVB | non$^{2}$ — stante *in ras.* P$^{2}$ | ergo] et tunc Q | illa consideratione] c. i. PN 88 istud] illud BY 88-89 deponere — pondus *om.* Y 89 necessitatem *in ras.* P$^{2}$ | pondus *om.* B | concausatum V$^{*}$ 90 conservando] conservante P$^{*}$ZN$^{*}$ conservante vel c. A considerando V causando Q 91 Praeterea] Item APZBN | istud] illud (*post* pondus, 91-92 B) BYO 92 sic] *add.* ergo BQ | huius] huiusmodi N 93 naturalis$^{1}$] *cf. ad* 20-23 *pro* V | naturalis causa] c. n. B | causa, ergo] cum e. Y cum e. c. V | erit] est B | forma] *post* naturalis$^{2}$ B formaliter P$^{*}$SN 94 agens] *ante* necessario B ageret Y | istud] *post* pondus Q illud YO 94-96 non$^{1}$ — pondus *om.* Y 94 libere agit] a. l. Q 95 Si] Et si APZN | Si — agere$^{2}$ *om.* V | non *rescr.* N$^{2}$ 95-96 necesse — pondus *om.* Q 95 necesse est] e. n. BN 96 istud] illud VB | etiam videtur] v. e. V | manifeste velle] v. m. Q m. O v. Y | Apostolus *om.* B 97 ex — glossa] ex g. illa V secundum illam glossam *post* Rom. Q *om.* Y | ad *om.* V | conscientiam] scientiam NO *add.* peccatum est B | etc. *om.* Q 98 ex — quod] et patet etiam quia Q | aliquod] *om.* N$^{*}$ *add.* debet P$^{*}$Z$^{*}$ | committi potest] p. c. SVBYO 98-99 conscientiam] scientiam O 99 tunc] et V et t. *rell. edd.* 99-100 voluntas] voluntatis V ad voluntatem Y

F 97 *Glossa interl.* Rom. 14, 23 (apud Nicolaum de Lyra, VI 30r): «Omne autem quod non est ex fide, peccatum est», – glossa: «Quod fit contra fidem (id est contra conscientiam ut credatur), malum est».

T [11] Cf. Henricus Gand., *Quodl.* I q. 18 ad arg. in opp. (AMPh s. 2, V 155): «Ad argumentum in oppositum [de glossa ad Rom.], quod 'omne quod non est ex fide (hoc est ex conscientia), peccatum est', bene procedit, praeter hoc quod ibi non sumitur conscientia proprie, sed large, pro rationis putatione». [12] Loco «tunc» codices erronee tradunt «et tunc».

tas potest velle oppositum eius quod dictatur secundum illam, et ita numquam per actum voluntatis corrumpetur iste habitus, quod videtur absurdum ponendo quod sit habitus voluntatis.

### [B. – RESPONSIO PROPRIA]

19 Ad quaestiones istas[13]. [4]

Si synderesis ponatur aliquid habens actum elicitum, semper tendentem in actum iustum et resistentem peccato, – cum nihil tale sit in voluntate, non potest ibi poni; ergo est in intellectu. Et non potest aliud poni quam habitus principiorum, qui semper est rectus, quia ex ratione terminorum, virtute luminis intellectus naturalis, statim intellectus acquiescit illis; et tunc, quantum est ex parte intellectus, liberum arbitrium natum est concorditer velle istis principiis, licet – prout deficit reliqua causa partialis – non libere velit, quia non est ibi aliqua causa necessitans.

20 Secundum hoc etiam conscientia potest poni habitus proprius conclusionis practicae, secundum cuius actum nata est conformari electio recta in agibilibus; et ita dicitur 'stimulare ad bonum'[14], in quantum liberum arbitrium totum[15] habet unam causam partialem recte dispositam, – et sequitur recta volitio et bona, nisi esset defectus alterius causae partialis, concurrentis respectu voluntatis.

---

APSVZBNYOQ(γμυ)

100 oppositum eius] e. o. B | quod dictatur] q. dicatur $SO^*$ *om.* Y | illam] istam Y  101 corrumperetur AP | iste] ille O *om.* V  101-102 videtur] *spat. vac.* Q  102 ponendo] posito AY | ponendo quod sit] si esset Q  104 quaestiones] *post* istas B quod (!) V | istas] illas O  106 actu (!) V | et *om.* Y | sit] ponatur Y  107 non[1]] nec AZN | ibi poni] p. i. V | est *om.* $VYO^2$ | Et = A Et si sic Q *edd.* | Et non] Nec $P^2B$  109 luminis] lumine (*praem.* et A) $AP^*Z$ | intellectus *om.* N  110 illis] illi $AP^*ZN$ *om.* V | tunc *post* est Y  111 arbitrium] *add.* aptum $AP^2Z$ | est] *ante* natum B *om.* $N^2$ | concorditer] conformiter N  112 prout *om.* $O^2$ | reliqua] *comp.* S *add.* pars $A^+$ | partialis] particularis Y  113 ibi] ita $O^+$ | causa necessitans] c. necessitatis VB necessitas YO  114 Secundum] Et sec. APZN | etiam *om.* $Q^*$  115 conclusionis practicae] cognitionis practicus V | cuius] eius $P^2Y$ | nata] *comp.* $P^2$ *in corr.* $O^2$ | est *om.* P | conformari] *ante* nata SVYO *post* electio (116) B confirmari Q  116 recta *om.* SB | stimulare] simulare S assimilare $P^2$ illuminare Y | ad *om.* Z  118 sequitur] sequetur Q secunda S | volitio] *post* bona VYO *om.* S | et bona *om.* N  119 respectu] scilicet Q

T [13] Cf. supra n. 1 et 7. [14] Dicitur ab Henrico (cf. supra ad lin. 48-49). [15] Cf. supra d. 38 n. 11.

## [II. – AD ARGUMENTA PRINCIPALIA PRIMAE QUAESTIONIS]

[5] Ad primum argumentum[16] dico quod remurmurat ostensive, quia 21
ostendit bonum esse volendum, – et in hoc est occasio remurmurandi contra malum.

Ad aliud[17] dico quod voluntas, quae est potentia libere agens, non 22
necessario vult commodum, sicut nec necessario vult iustum, actu elicito; tamen si ista una potentia consideretur ut habet affectionem commodi et non habet affectionem iustitiae, id est in quantum appetitus non-liber, – non esset in potestate eius sic non velle commoda, quia sic praecise esset tantum appetitus naturalis naturae intellectualis, sicut appetitus bruti est appetitus naturalis naturae sensitivae.

Dico ergo quod illa propositio A n s e l m i, «commoda non-velle 23
nequit»[18], debet intelligi non loquendo de tota potentia, quae modo libere potest non velle non tantum commoda sed etiam iusta, quia libere potest et haec et illa non velle, – sed debet intelligi de illa in quantum praecise affecta affectione commodi, hoc est ut considerata sub ratione appetitus talis, non tamen includendo in appetitu tali libertatem: sed hoc modo nullum actum elicit in nobis; ideo dixi, in solvendo, quod 'si synderesis est aliquid habens actum elicitum'[19].

---

APSVZBNYOQ(γμυ)

121 ostensive = P´VQ *edd.* o. effective N effective vel o. B effective $P^1$ *rell.* 122 ostendit] erit Q | esse *om.* Q | occasio] actio $P^2$ | murmurandi B 124 aliud] secundum Q | est *om.* Y | libera Q | agens] *in corr.* $N^2$ *om.* Q | non] nec S 125 commodum — vult$^2$ *om.* O 126 tamen si] si t. APZN | ista] illa O | consideretur] consideratur Y cousideraretur OQ | affectionem] actionem S 127 commodi] *add.* tantum Q | commodi — affectionem *om.* YO | habet *om.* V | in quantum] *add.* est VBYOQ 128-130 non-liber — appetitus$^2$ *om.* Z 128 eius] *ante* potestate $YO^2$ *om.* O´ | sic non] sicut nec (n.] non $N^3$) APN | commodi YO 129 sic *om.* S' | praecise] *in corr.* $N^2$ praecis $P^2$ | esset] *ante* praecise Q | tantum] *ante* esset APN *om.* Q | appetitus] *add.* non-liber Y 129-132 naturae — loquendo *om.* $O^2$ 129 naturae] *praem.* non-liber $O^2$ 129-130 intellectualis] intellectuali Y *add.* non-liber Q | intellectualis — naturae *om.* V 130 sicut] sic P' | appetitus bruti est *rep.* Q 131 illa] ista SVY | propositio] portio N' | Anselmi, commoda *om.* V 132 debet intelligi] est intelligenda Y | loquendo *om.* Q | potentia] *ante* tota B *om.* $N^2$ | quae modo] quo m. P'V 133-134 non$^1$ — potest *om.* $P^2$N 134 et$^1$ *om.* A$P^2$VNYQ | haec] hoc $P^2$ | illa$^1$] *add.* velle et Q 135 hoc] id Q | ut] vel AP'Z 136 appetitus] *post* talis YQ *om.* $P^2$ | tamen *om.* $P^2$N | appetitu tali] t. a. BQ 137 sed] et APZN 137-138 elicit — actum *om.* S 137 dico O 137-138 in solvendo] *om.* Y *add.* ad quaestionem N 138 si *om.* NY | habens *post* elicitum B

T [16] Cf. supra n. 2. [17] Cf. supra n. 3. [18] Cf. ibid. [19] Cf. supra n. 19.

24 Per idem ad tertium[20] quod voluntas naturalis ut necessario tendit in volitum, non habet actum elicitum circa illud, sed ipsa tantum est quaedam inclinatio in tali natura ad perfectionem sibi maxime convenientem; et ista inclinatio necessario est in natura, licet actus conformis huic inclinationi et naturae non necessario eliciatur: actus enim non elicitur (sive conformis qui dicatur naturalis, sive difformis qui dicatur contra naturam) nisi a voluntate libera, quae quantumcumque velit oppositum eius ad quod est inclinatio, nihil minus est necessaria illa inclinatio ad illud ad quod erat, quia stat stante natura.

25 Ad ultimum[21] dico quod haec sola natura est libera, et habens modum agendi superiorem omni alia natura creata.

### [III. – AD ARGUMENTA PRINCIPALIA SECUNDAE QUAESTIONIS]

26 Ad argumenta secundae quaestionis[22]. [6]

Dico quod habitus intellectus practici dicuntur boni vel mali, propter convenientiam eorum ad voluntatem, sicut – e converso – voluntas potest dici recta vel curva, propter convenientiam eius ad actum rectum vel non rectum, speculativum, qui est formaliter in intellectu; tamen bonitas est voluntatis sicut rectitudo intellectus, sed bonitas magis transumitur ad intellectum practicum quam speculativum.

27 Ad aliud[23] potest responderi per illud Philosophi VII *Ethico-*

---

APSVZBNYOQ(γμυ)

139 idem] illud P *add.* patet B | quod *in ras.* $P^2$ | ut] non $V^*$ *praem.* non B | necessario] actio $P^2$ 140 sed *in corr.* $N^2$ | est] *ante* tantum YOQ erit P 141 quaedam inclinatio] i. q. BYQ 141-142 maxime convenientem] c. m. Y 142 ista] illa SYO | est] *add.* ibi APZN | natura] materia Y | natura, licet] naturali $P^*$ 143 huic] sic Z | natura S | non *om.* Y 144 elicitur] elicitus Y | qui[1] — naturalis *om.* V 144-145 naturalis — dicatur *rep.* $N^+$ 144 difformis] conformis Y 145 dicatur] dicitur B | nisi] si V non Y 145-146 quae ... velit] velit quod ... velit Y 146 nihil — est[2]] n. e. minus V nihilominus e. Y 147 ad[2] *om.* O | erat] erit Y inclinat Q | stat] stant SVY | stante] *add.* illa V 148 dico *om.* APZN | natura] non AP′ *om.* $P^2$ | est *om.* S 152 Dico] Ad primum dico Q 154 recta vel curva] c. v. r. Y 155 vel non rectum *om.* SQ | speculativum] *rep. ante* vel A specie unde Y | qui] quae A | qui est formaliter *om.* $P^2N^*$ | est] *post* formaliter Q *add.* tamen $P^2$ 156 est *om.* O | rectitudo] *ante* voluntatis B *add.* est APZ | sed] licet N 157 bonitas] *in corr.* $N^2$ *add.* voluntatis V | ad *rep. post* quam AQ 159 aliud] illud $APN^*$ | Philosophi *om.* Q | VII] 8 Y 2 N 2 vel 7 A 5 PZ 159-160 Ethicorum] Physicorum Y

F *159* ARISTOT., *Eth. Nic.* VII c. 5 (AL XXVI[3] 276-277; H c. 5, 1147*a* 19-22): «Etenim in

T [20] Cf. supra n. 4. [21] Cf. supra n. 5. [22] Cf. supra n. 8-9; respondetur (n. 26) ad primum, n. 8. [23] Cf. supra n. 9.

*rum* cap. 3, quod « in passionibus exsistentes, quidam dicunt verba Empedoclis, sciunt autem nequaquam ». Et ita posset concedi quod simpliciter sciens scientia practica, non tantum sciens 'dicere verba', est conscientiosus, – et magis sciens, magis conscientiosus; hoc maxime videretur debere dici ab illo cuius opinio est iam improbata[24], quia secundum e u m in eodem instanti temporis in quo voluntas est mala, ratio excaecatur, ut sic nullus minus habeat de conscientia, etiam si pertineat ad voluntatem. Est ergo argumentum commune sibi sicut alii parti, et solvi potest sicut modo praedicto.

---

APSVZBNYOQ(γμυ)

160 cap. 3] 3 cap. Y | exsistentes] *ante* in Q | quidam] *ante* exsistentes B quaedam Q quod P:N: | dicunt verba] v. d. A v. quidem d. Q  161 Empedoclis] *in ras.* P² *spat. vac.* Q | ita *in corr.* N² | potest N | concedi *om.* B:  162 non] *add.* est O  162-163 non — conscientiosus¹ *om.* Y  162 tantum] tamen PVN⁺ | verba] *add.* cuiusmodi O²  163 conscientiosus¹ = N scientiatus B'O' conscientiatus B²O² *rell. edd.* | magis²] *add.* est Q | conscientiosus²] conscientatus Q *edd.* | hoc] *praem.* et VBYOQ  164 videretur] videtur (*ante* maxime, 163-164 O) VNYOQ | dici] debere di. (di.] sibi SV) SVBO | est] *post* iam AN *post* improbata Y  166 est *rep. ante* voluntas Y (165) Y | est mala *ante* voluntas (165) B | excaecatur *in corr.* O² | nullus *om.* P² | habeat *om.* V  167 si *om.* S | pertineat] participat VQ | Est ergo] Ergo est O  168 sicut¹] ⌜...⌟ B⁺ *add.* et V | solvi potest] p. s. B | sicut²] *om.* Q *add.* in V | praedicta (!) S

passionibus his exsistentes, demonstrationes et verba dicunt Empedoclis, et primum discentes complectuntur quidem sermones, sciunt autem nequaquam».

F 165 HENRICUS GAND., *Quodl.* I q. 17 ad arg. (AMPh s. 2, V 142-143): «Tunc enim [incontinens] voluntarie quasi dorsum vertit ad rationem, et faciem ad passionem..., et tunc primo excaecatur ratio... Et talis deordinationis in actum ignorantia est causa auferens ad horam et scientiam et conscientiam».

T [24] scil. Henrici (cf. supra nota 8).

# [DISTINCTIO QUADRAGESIMA

## QUAESTIO UNICA

### UTRUM OMNIS ACTUS SIT BONUS EX FINE]

[Q. un.] [1] Circa distinctionem quadragesimam quaero utrum omnis actus sit bonus ex fine[1][a]. 1

Quod sic: 2

A u g u s t i n u s *Super psalmum*[2] *31*, in l i t t e r a: «Bonum opus intentio facit».

Praeterea, actus intelligendi est verus ex principio; sed finis est hic sicut principium ibi; ergo etc. 3

Item, bonitas actus est ab aliqua una causa; nulla alia potest dari nisi finis; ergo etc. 4

---

[a] *Loco* Circa (4) – ex fine (5) *textus interpolatus*: «Post haec de actibus»[1*]. Circa istam quadragesimam distinctionem, in qua Magister agit de comparatione actus exterioris ad finem et intentionem, quaeruntur duo: primo, utrum omnis actus sit bonus ex fine, – secundo, utrum aliquis actus possit esse indifferens[2*]. Circa primum arguitur.

APSVZBNYOQ(γμυ)

4 *adnot*. Dist 40 A[1] *et alii* 4-5 *et* 1*-5*: Circa (4) — fine (5) = APSVZBNYO *edd*. Post (1*) — arguitur (5*) Q 4 quadragesimam] 39 *in corr*. S[2] | omnis *om*. Y 5 bonus] *add*. realiter SVBYQ 7 Super] Dicitur S *om*. *edd*. | psalmum] Genesim cap. VBN[2] cap. (*pon*. quintum P[2]) N′ *rell*. *edd*. | 31] 13 BYQγ 43 V 3 Nμυ 7-8 Bonum — facit *om*. S 7 opus *om*. Q 8 facit] facie P* 9 intellectus N | ex principio *rep*. *post* hic (10) B+ | est[2] *om*. SBO* 10 ibi] *ante* principium Y *om*. Q | ergo etc. *om*. YOQ 11 Item] Praeterea YOQ 11-12 Item — etc. *om*. SV 11 actus *om*. Y 12 ergo etc. *om*. Y | etc. *om*. BQ

F 7 AUGUST., *Enarrat. in Psalmos* ps. 31 enarratio 2 n. 4 (CCL 38, 227; PL 36, 259): «Bonum enim opus intentio facit, intentionem fides dirigit. Non valde attendas quid homo faciat, sed quid cum facit aspiciat, quo lacertos optimae gubernationis dirigat»; LOMBARDUS, *Sent*. II d. 40 c. un. n. 2 (SB IV 557): «Et Augustinus Super Psalmum 31: '... Bonum enim'» etc.

T [1] Cf. DUNS SCOTUS, *Lectura* II d. 40 q. un.; *Rep*. II A d. 40 q. un. [2] Loco «psalmum» codices alias lectiones erronee tradunt.

[1*] Cf. LOMBARDUS, *Sent*. II d. 40 c. un. n. 1 (SB IV 556). [2*] Hoc 'secundum' pertinet ad distinctionem sequentem, etiam in *Lectura* et in *Reportatione*; cf. infra d. 41 n. 1.

5 Contra:

Augustinus *Contra mendacium* b (et ponitur in littera) dicit quod 'multi actus non possunt esse boni, etsi propter finem bonum fiant'.

### [I. – AD QUAESTIONEM]

6 Responsio. Primo dicendum est de bonitate naturali, secundo de bonitate morali. [2]

7 De primo dico quod sicut in corpore pulchritudo est ex aggregatione omnium convenientium illi corpori et inter se, puta quantitatis, coloris et figurae (sicut vult Augustinus VIII[3] *De Trinitate* 4: « Bona facies » etc.), ita bonitas naturalis – non illa quae convertitur cum ente, sed illa quae habet malum oppositum – est perfectio secunda alicuius rei, integra ex omnibus convenientibus sibi et sibi in-

---

APSVZBNYOQ(γμυ)

13 Contra] Ad N[2]   14 b] 5 Y *om.* NQ   15 dicit] distinctione (*et sequitur spat. vac.*) APZN | quod] quia S | multi actus] a. m. APZN | etsi] etiam Q | finem] *post* bonum (16) B *om.* N   16 fiat Q   19 bonitate *om.* Q   20 pulchritudo est] e. p. Y   20-21 congregatione O   21 omnium] aut S | et *om.* V | inter] *comp.* P[2]   21-22 quantitas Z   22 coloris] corporis PZN* | figurae] fine P* | sicut] si est P* | VIII = *edd.* IV APZN V *rell.* | De Trinitate] Trinitatis ABN | 4] *praem.* cap. VBQ   23 facies = VYO[2] *edd.* facie O' *rell.* | ita] ista APVZN*Y | non] *add.* est SBO*Q | quae] qua Y | convertitur] vertitur Y   24 illa] ista Y | malum oppositum] o. m. Y | perfectio] ex perfecto S   25 integrata VBO[2] | sibi[1] *om.* V   25-26 sibi[1] — concurrentibus *om.* B[2]   25 et sibi *om.* Y

F *14* AUGUST., *Contra mendacium* c. 7 n. 18 (CSEL 41, 489; PL 40, 528): «Interest quidem plurimum, qua causa, quo fine, qua intentione quid fiat; sed ea quae constat esse peccata, nullo bonae causae obtentu, nullo quasi bono fine, nulla velut bona intentione facienda sunt... Cum vero iam opera ipsa peccata sunt (sicut furta, stupra, blasphemiae vel cetera talia), quis est qui dicat causis bonis esse facienda, ut vel peccata non sint, vel – quod est absurdius – iusta peccata sint? Quis est qui dicat 'ut habeamus quod demus pauperibus, faciamus furta divitibus...'?» etc.; LOMBARDUS, *Sent.* II d. 40 c. un. n. 7 (SB IV 558-559).   *22* AUGUST., *De Trin.* VIII c. 3 n. 4 (CCL 50, 272; PL 42, 949): «... et bona [est] facies hominis, dimensa pariliter et affecta hilariter et luculenter colorata»; *De civ. Dei* XXII c. 19 [n. 2] (CCL 48, 838; PL 41, 781): «Omnis enim corporis pulchritudo est partium congruentia, cum quadam coloris suavitate».

T [3] Loco «VIII» aliqui codices, ob similia compendia numerorum arabicorum «8» et «4», tradunt «IV», reliqui erronee tradunt «V». – In pluribus locis, ubi Doctor Subtilis verba ex illo Augustini capitulo refert, semper librum VIII *De Trinitate* indicat, cf. speciatim DUNS SCOTUS, *Quodl.* q. 18 n. [3].

vicem[4]. Et omnibus illis concurrentibus est perfecta bonitas, iuxta illud D i o n y s i i 'bonum est ex perfecta causa et integra'; omnibus autem deficientibus illis, et natura stante quae nata esset perfici illis, est perfecte mala; quibusdam subtractis, est malitia, sed non perfecta, – sicut de pulchritudine et turpitudine in corpore. Actus autem naturalis natus est convenire causae suae efficienti, obiecto, fini et formae: tunc igitur bonus est naturaliter, quando habet omnia convenientia, quantum ad ista quae nata sunt concurrere ad 'esse' eius.

[3] De secundo[5] dico quod bonitas actus moralis est ex aggregatione 8
omnium convenientium actui, non absolute ex natura actus, sed quae conveniunt ei secundum rationem rectam; quia igitur actui[6] ratio recta dictat determinatum obiectum convenire, et determinatum modum et alias circumstantias, non est completa bonitas ex solo fine.

Sed prima ratio bonitatis eius est ex convenientia actus ad effi- 9
ciens, a quo actus dicitur 'moralis' quia libere elicitus; et istud est commune et actui bono et malo: neque enim est laudabilis neque vituperabilis, nisi sit a voluntate. Secunda condicio est ex obiecto: quod si conveniat, actus[7] bonus ex genere, – sed istud est indifferens

APSVZBNYOQ(γμυ)

26 omnibus illis] in (*om.* O$^2$) i. o. O | perfecta bonitas] b. p. N$^2$ perfectio b. O *add.* maxima Y 26-27 iuxta — Dionysii] secundum Dionysium B *sequitur spat. vac.* S 27 causa et integra = V et i. c. Q et c. i. *rell. edd.* 28 illis$^1$] istis (*ante* deficientibus YQ) SVBYOQ | natura stante] s. n. Q | nata esset] deberet Y | esset] deberet O$^2$ 29 est$^1$] esset V | quibusdam] quibus APZN | malitia] mala AQ *praem.* mala V | sed non perfecta] *om.* O s. n. perfecte mala Q | non] *add.* est V 30 sicut *rep.* V | in corpore *om.* Y 30-31 naturaliter VYOQ 31 causae suae] s. c. BQ | et *rep. ante* fini APZN 32 bonus est] e. b. BQ | est — quando] naturalis, qui V 33 istam N$^*$ | concurrere] convenire sibi naturaliter et c. Q | eius] *ante* esse VN *add.* naturale Q 34 dico *om.* O 34-35 ex — actus *om.* Y 36 ei] *ante* conveniunt Q eis V | rationem rectam] rect. rat. YO | actui *om.* Q 37 ratio] *post* recta SVBQ non P$^2$ | dictavit APZB$^*$N | determinatum] debitum YO | convenire] c. actui *ante* determinatum Q 37-38 determinatum *om.* Q 38 completa bonitas] b. c. SVB 40 est *om.* S | actus] sui Q 41 actus dicitur] d. a. B | quia] *add.* scilicet Q | istud] illud B hoc YQ 42 et$^1$ = PSVZN | actui] *add.* et O | neque enim] actus e. n. Q | enim] etiam APZN 44 quod] quia P$^*$N$^*$Y *praem.* ita V | si conveniat] sit conveniens, tunc Q *add.* tunc est VY | bonus] *praem.* est N$^2$Q *add.* est Z$^2$B | istud] illud BY non Q$'$ *om.* Q$^2$

F 27 PS.-DIONYSIUS, *De div. nom.* c. 4 (*Dionysiaca* I 298-299; PG 3, 730); textus cf. supra d. 7 ad lin. *292*.

T [4] id est: ex omnibus quae conveniunt tam illi perfectioni quam inter se invicem. [5] Cf. supra n. 6. – Cf. DUNS SCOTUS, *Ordinatio* I d. 17 n. 62 (V 163-164). [6] Substantivum «actui» iungendum est cum subsequente verbo «convenire» (lin. 37). [7] supple: est.

ad bonitates ulterius, quae sumuntur ex circumstantiis specialibus, sicut genus est indifferens ad multas differentias.

10 Post istud prima circumstantia est primus finis; nec ista sufficit sine aliis, sicut circumstantia formae (puta quod debito modo fiat, quod pertinet ad quartam circumstantiam[8]), – et sequuntur circumstantiae magis extrinsecae, scilicet 'quando' et 'ubi'.

11 Patet ergo quod sola bonitas finis, etiam ut intenditur secundum rationem rectam, non sufficit ad bonitatem actus, sed requiruntur aliae circumstantiae – secundum ordinem praedictum – ad hoc ut bonitas sit[9].

## [II. – AD ARGUMENTA PRINCIPALIA]

12 Ad A u g u s t i n u m[10] patet per auctoritatem eius ad oppositum[11], [4] quia etsi finis sit principalior condicio pertinens ad bonitatem actus, non tamen est sufficiens; et simpliciter loquendo de bonitate meriti

---

APSVZBNYOQ(γμυ)

45 bonitates] bonitatem Y *praem.* multas B 45-46 bonitates — ad *om.* S 45 ulterius *ante* ad Q ulteriores V | specialibus] *comp.* YO *om.* V 46 differentias] species (*not.* vel: differentias N²) N 47 Post = VYOQ *edd.* Probatio N² Probo N′ *rell.* | istud] illud Y | circumstantia] creatura (!) S | est] erit P | ista] illa O 47-48 sine aliis] *ante* sufficit (47) B *add.* circumstantiis YQ 48 sicut] *add.* est Q | circumstantia] circumstantiae V creatura S | debito] isto APZBN | fiat] insit Y 49 circumstantiam] *ante* quartam A *om.* S | et] cui O² *praem.* cui Y | sequuntur] *add.* etiam V 50 et] ut S | ubi] *add.* et huiusmodi Q 51 ergo] etiam V | bonitas *om.* O² | finis *om.* P² | ut intenditur] ut ostenditur APZN intenti O′Q 52 rationem rectam] rect. rat. NY 53 aliae] illae Y | ut] quod B 56 Augustinum] d. (!) S | Augustinum — eius] auctoritatem Augustini patet quod est Y | patet *om.* V | per — eius] auctoritate eius O′ quod auctoritas e. est O² quod est Q | eius *om.* A 57 etsi] si PVN | finis sit *om.* O² | sit principalior *in corr.* P² sit nobilior V | condicio *ante* principalior BY | actus *om.* O 58 et *om.* VYOQ | simpliciter] simpl. similiter V *comp.* B | loquendo] *add.* etiam Q | meriti *om.* V

T [8] Post convenientiam actus ad efficiens et ad obiectum et ad finem, sequitur quarta circumstantia, scil. de modo quo actus fiat; cf. DUNS SCOTUS, *Quodl.* q. 18 n. [6]. [9] De circumstantiis quae requiruntur ad bonitatem moralem actus cf. DUNS SCOTUS, *Ordinatio* I d. 48 n. 3-5 (VI 387-389); *Quodl.* q. 18 n. [7]. Cf. etiam ARISTOT., *Eth. Nic.* III c. 3 (AL XXVI³ 181-182; Γ c. 2, 1111*a* 3-6): «Forsitan igitur non malum [erit] determinare haec [scil. circumstantias], quae et quot sunt: et quis utique, et quid, et circa quid vel in quo [quis] operatur, quandoque autem et quo (puta instrumento), et gratiā cuius (puta salutis), et qualiter (puta quiete vel vehementer)»; PS.-AUGUST., *Principia Rhetorices* c. 4 (PL 32, 1443): «[Circumstantiae] sunt igitur haec: quis, quid, quando, ubi, cur, quemadmodum, quibus adminiculis»; ALEXANDER HAL., *Summa theol.* II-II n. 49 (III 66*a*-67*b*); THOMAS, *Summa theol.* I-II q. 7 a. 1-4 (VI 64*a*- 67*b*); *Sententia libri Ethicorum* III c. 3 (XLVII¹ 127*ab*). [10] Cf. supra n. 2. [11] Cf. supra n. 5.

(quae addit super bonitatem moralem), illa principaliter est ex fine, quia supposita completa bonitate morali superadditur bonitas meritoria ex relatione debita illius actus in finem, quae 'relatio debita' fit in quantum elicitur a caritate, – et quoad hoc possunt 'auctoritates de fine' exponi, quod scilicet bonitas meritoria est ex fine.

Ad secundum[12] dico quod causa efficiens actus intelligendi – illa 13
quae est ex parte actus intelligendi – naturaliter agit, nec potest difformiter agere ipsi obiecto, et ideo semper recte agit; non sic voluntas semper conformiter agit suo obiecto, quia est causa libera, non naturalis. Quando ergo est rectitudo ex parte principii moventis, totus actus est rectus; non sic hic, ex parte finis.

Ad tertium[13] dico quod illa una bonitas integrat in se perfectio- 14
nes omnes convenientes actui, – et non est aliqua una sola, sicut nec pulchritudo in corpore[14].

---

APSVZBNYOQ(γμυ)

59 est] *ante* principaliter VY$O^2$Q *om.* SO′  60 supposita] *add.* vel V *add.* et Y  61 relatione] ratione (*pon.* relatione $P^2$) APZN | illius] istius BYQ | relatio] r. vel ratio A | fit] sit SZ est Q  62 quoad] quantum ad Y | possunt *post* fine$^1$ (63) Q  63 quod] *post* scilicet Q *rep.* B quia PN  64 quod *om.* $O^*$ | illa] *add.* scilicet A  64-65 illa — intelligendi *om.* Y  65 actus intelligendi] intellectus vel habitus intellectus Q  66 ipsi] *post* obiecto Y *om.* V | agit *om.* Q  67 semper *om.* V | quia] quae V  68 ex] in Y  68-69 moventis, totus] t. m. Y  69 sic] *add.* autem Q | hic *om.* O  70 dico] ⌐...⌐ S′ *om.* $S^1$ | integra $P^*$  71 omnes] communes Z | est] *rep.* $B^+$ *om.* $SO^*$ | aliqua] alia S | nec *om.* Q  72 corporei $P^+$

T [12] Cf. supra n. 3.  [13] Cf. supra n. 4.  [14] Cf. supra n. 7.

# [DISTINCTIO QUADRAGESIMA PRIMA

## QUAESTIO UNICA

### UTRUM ALIQUIS ACTUS NOSTER POSSIT ESSE INDIFFERENS]

Circa distinctionem quadragesimam primam quaero[a] utrum aliquis actus noster possit esse indifferens[1]. 1

Arguitur quod non: 2

Quia inter habitum et privationem non est medium; bonum et malum sunt privative opposita[2]; ergo etc. – Maior patet, quia ex X *Metaphysicae* 'privative opposita' sunt contradictorie opposita circa aptum natum; inter contradictoria non cadit medium, IV *Metaphysicae*; ergo etc.

Praeterea, ex actibus generatur habitus[3]; ergo si inter actum bonum et malum esset aliquod medium, aliquis esset habitus qui nec esset bonus nec malus. 3

---

[a] *Loco* distinctionem – quaero *textus interpolatus*: secundum[1*].

APSVZBNYOQ(γμυ)

4 *adnot.* Dist. 41 A[1] *et alii* 4 *et* 1*: distinctionem — quaero (4) = APSVZBNYO *edd.* secundum (1*) Q 4 quadragesimam primam] quartam S' quadragesimam S² | quaero *ante* Circa B | utrum] *add.* scilicet Q 4-5 aliquis actus] act. al. V 5 noster] vere O *om.* SBYQ | posset APZB 6 Arguitur *om.* SVY 7 habitum et privationem] p. et h. Q | et² *rep. post* malum (8) S 8 ergo *om.* O | etc. *om.* Q | quia *om.* VB | ex *om.* Q | X] 5 V 2 APZN 9 privative opposita] o. p. YQ | contradictorie *in corr.* S² 10 aptum] actum Q | contradictoria] *add.* autem V | cadit] est VBYOQ | IV] IX S 11 ergo etc.] ergo SO *om.* BYQ 12 Praeterea] Item APZBN | ex *om.* Z* | actum *om.* N 12-13 bonum et malum] m. et b. Q 13 aliquod medium] actus medius Q | aliquis *om.* B | esset²] *post* habitus Q esset medium *ante* aliquis Y 13-14 qui nec esset] nec Y 13 nec] non V

F 8-9 ARISTOT., *Metaph.* X t. 15 (I c. 4, 1055*b* 1-6): «Contradictionis autem nihil est medium... Privatio vero contradictio quaedam est: aut enim quod impossibile est totaliter habere, aut si quod aptum natum habere non habeat, privatum [est] aut totaliter aut aliqualiter determinatum est». *10-11* ARISTOT., *Metaph.* IV t. 27 (Γ c. 7, 1011*b* 23-24): «At vero nec contradictionis medium nihil esse contingit, sed necessarium [est] aut dicere aut negare unum de unoquoque».

T [1] Cf. DUNS SCOTUS, *Lectura* II d. 41 q. un.; *Rep.* II A d. 41 q. un. [2] Cf. AUGUST., *Enchiridion* c. 3 n. 11 [c. 11 n. 3] (CCL 46, 53; PL 40, 236); Quid est autem aliud quod 'malum' dicitur, nisi privatio boni?». [3] Cf. ARISTOT., *Eth. Nic.* II c. 1 (AL XXVI³ 164; B c. 1, 1103*b* 21-22): «Ex similibus operationibus habitus fiunt».

[1*] Cf. supra d. 40, 4*-5* et ibi nota 2*.

4 Contra:

Ambrosius, in littera: «Affectus tuus operi nomen imponit»; sed si nullus actus esset ex se indifferens, non posset ex uno actu esse bonus per se et ex alio malus.

### [I. – AD QUAESTIONEM
### A. – OPINIO ALIORUM]

5 Hic dicitur quod «nullus singularis actus est indifferens», actus tamen in communi[4] est indifferens; quaere in Bonaventura[5]. [2]

---

APSVZBNYOQ(γμυ)

16 Effectus SVBY | tuus] *comp.* P* *om.* Y | operi] *add.* tuo Q   17 esset] *ante* actus Q *post* se BY | ex[1]] in N | ex se *post* indifferens Q   18 actu *om.* Q | per se] *ante* bonus B in se N | et *rep. ante* per O   21 singularis] *post* actus B *comp.* S | est *ante* actus S 22 communi = μυ hoc *codd.* γ | est] *ante* in[1] Q esset APZN | indifferens] *add.* etc. Q | in[2] *om.* Y *edd.* | Bonaventura] bonum ventum Y bono P Bonaventuram in dist. 1 a. 1 q. 3, opinionem primam, quam non tenet. Est opinio Thomae I-II q. 18 a. 2 γ divum (d. *om.* μ)Bonaventuram (*in mg. tamen allegant Thomam*) μυ

F *16* AMBROSIUS, *De officiis* I c. 30 n. 147 (PL 16, 66): «Affectus tuus nomen imponit operi tuo"; LOMBARDUS, *Sent.* II d. 40 c. un. n. 2 (SB IV 557).   *21-22* Hanc opinionem, quoad substantiam, tenet quidem BONAV., *Sent.* II d. 41 a. 1 q. 3 in corp. (II 943*b*. 944*b*); prout tamen hic et in parallelo *Lecturae* loco allegatur, eam proponit THOMAS, *De malo* q. 2 a. 5 in corp. (XXIII 43*b*-44*a*): «Si ergo loquamur de actu morali secundum suam speciem, sic non omnis actus moralis est bonus vel malus, sed aliquis est indifferens... Quoddam vero obiectum est quod neque importat aliquid conveniens rationi, neque aliquid a ratione discordans, sicut levare festucam de terra..., et huiusmodi dicitur indifferens... Si vero loquamur de actu morali secundum individuum, sic quilibet particularis actus moralis necesse est quod sit bonus vel malus propter aliquam circumstantiam... Sic ergo bonus actus et malus actus 'ex genere' sunt opposita mediata, et est aliquis actus qui – in specie consideratus – est indifferens... Hoc autem bonum et malum est proprium actus singularis, – et ideo nullus actus humanus singularis est indifferens; et dico 'actum humanum' qui est a voluntate deliberata. Si enim est aliquis actus sine deliberatione, procedens ex sola imaginatione, sicut confricatio barbae..., huiusmodi actus est extra genus moris; unde non participat bonitaem vel malitiam moralem»; *Sent.* II d. 40 q. 1 a. 5 (ed. Parmen. VI 750*a*-751*a*); *Summa theol.* I-II q. 18 a. 9 in corp. (VI 137*b*): «Contingit quandoque aliquem actum esse indifferentem secundum speciem, qui tamen est bonus vel malus in individuo consideratus» etc.

T [4] scil. in genere vel specie (cf. ad lin. 21-22). – Loco «communi» codices, ob simile compendium, erronee tradunt «hoc».   [5] Non certo hic constat utrum reapse textus authenticus referat nomen «Bonaventura», an potius lectio codicum corrigenda sit in «Thoma», id est an supponendus sit error codicum, ex simili compendio «bō» et «tō» ortus. Quidquid est, Duns Scotus opinionem Thomae hic directe allegat, ut ex ipsa littera (lin. 21) patet.

## [B. – Opinio propria]

Aliter potest esse de[6] bonitate et malitia morali, et de bonitate meritoria et malitia demeritoria: 6

In prima bonitate et malitia[7], comparando ad actum naturalem, videtur posse inveniri actus indifferens, qui scilicet habeat determinatam speciem in genere naturae per comparationem ad omnes causas suas, et posset tamen habere indifferenter bonitatem moralem et malitiam.

Quod probatur[8]: 7

Primo, quia – secundum Philosophum II *Ethicorum* – habitus iustitiae generatur ex operibus iustis, non tamen iuste factis[9]; iste actus non est bonus moraliter, quia non est ex virtute.

Similiter de actibus elicitis post virtutem, quia non videtur necessitas quod voluntas – habens virtutem – semper utatur ea necessario, sed tantum quando occurrit passio ita vehemens quod subvertat rationem nisi utatur virtute. 8

Secundo etiam modo loquendo de bono et malo[10], videtur esse 9

---

APSVZBNYOQ(γμυ)

24 Aliter] *add.* enim APZBN | potest] *add.* dici VYO$^{2}$ 24-25 morali — malitia *om.* Y 24 et$^{2}$ = Q *edd.* vel *rell.* 25 meritoria — demeritoria] et malitia m. Q m. VB$^{*}$ | demeritoria] de merito P$^{*}$ 26 ad *om.* S 27 videtur] non S | qui scilicet] quidem S 28 per comparationem] compar (!) O′ per conceptionem O$^{1}$ 28-29 causas suas] s. c. V 29 possit BOQ | tamen] tunc V | indifferenter] *post* malitiam (30) APZN indifferentem O 30 malitia S 31 probo B 32 Primo — secundum] Pr. sic, quia per B per APZN | II] III S I V *praem.* primo B | Ethicorum = BYO$^{2}$ *edd.* Physicorum O′ *rell.* 32-33 habitus iustitiae] iustitia N 33 operibus iustis] actibus istis (i.] iustis B$^{2}$) B | iste] ille (*add.* autem B) VBO *add.* tamen N 34 moraliter] formaliter m. Y | est$^{2}$ *om.* YQ 36 virtutem] veritatem S | utatur] vitatur O | ea *om.* V 37 quando *om.* S$^{*}$(*ante* tantum) | passio *post* vehemens Q | quod] quae ZBNYOQ | subvertit Y 38 virtute = VNQ *edd.* ratione *rell.* 39 Secundo — malo] De bonitate etiam et de malitia meritoria loquendo Q | de *rep. post* et APZN

F 32 Aristot., *Eth. Nic.* II c. 1 (AL XXVI$^{3}$ 163-164; B c. 1, 1103*a* 31-1103*b* 8): «Virtutes autem accepimus operantes prius...; sic autem et iusta quidem operantes, iusti efficimur... Adhuc ex eisdem et per eadem et fit omnis virtus et corrumpitur».

T [6] id est: 'Aliter quam tenet opinio aliorum, nos dicimus quod non solum in communi, sed etiam in singulari – seu in individuo – actus noster potest ese indifferens quando loquimur de' etc. [7] scil. morali (ex lin. 24). [8] Probat primo (n. 7) de actibus praecedentibus habitum, secundo de actibus elicitis post habitum (n. 8). [9] Cf. Thomas, *Sententia libri Ethicorum* II c. 4 (XLVII$^{1}$ 88*a*): «Sic igitur homines primo operantur iusta..., non eodem modo quo iusti... utuntur, – et ex talibus operationibus causatur habitus». [10] Cf. supra lin. 24-25.

medium inter actum bonum et malum. Supposita enim bonitate morali, ut dictum est in quaestione praecedente[11], – meritum videtur esse ex relatione ad finem debitum, quae relatio fit a caritate in-exsistente[12].

10 Potest autem actus referri ex caritate in finem debitum, tripliciter: uno modo actualiter, sicut cogitans actualiter de fine, diligit illum et vult aliquid propter illum; alio modo virtualiter, sicut ex cognitione et dilectione finis deventum est ad volitionem huius entis ad finem, – puta ex cognitione et dilectione Dei, pertinente ad portionem superiorem, portio inferior considerat talem actum (puta poenitentiae) esse assumendum, et postea illum exsequitur volendo, non tamen tunc referendo in finem, quia nec tunc actualiter cognoscitur nec diligitur; tertio modo habitualiter, puta si omnis actus referibilis in finem, manens cum caritate quae est principium referendi, dicatur referri habitualiter.

11 [3] Triplici etiam modo potest dici actus non referri: uno modo negative absolute, quia non refertur actualiter nec habitualiter; alio modo privative, quia non est natum referri, – sicut peccatum veniale, quia licet stet cum caritate, non tamen natum est a caritate referri in finem; tertio modo contrarie, quia scilicet corrumpit principium referendi (scilicet caritatem), ut peccatum mortale.

12 De illis duobus membris ultimis[13], certum est quod illi actus sunt

---

APSVZBNYOQ(γμυ)

40 actum *om.* VN | enim] etiam O   40-41 morali] mortali S*   41 merito S   42 ex] in N *om.* P* | relatio] *comp.* P: | fit] est YQ | a] ex YQ | in- *om.* V   44 autem] etiam O   45 actualiter² *om.* V   45-46 illum] istum S eum B+   46 aliquid] alia N | propter] proprium P* | illum] istum S | virtualiter] actualier Z*   47 dilectione] distinctione (!) V | finis — entis *rep. post* dilectione (48) Q | est *om.* S   48 puta] ut Y | Dei *om.* V   48-49 portionem] *post* superiorem (49) V partem APZNY   49-50 poenitentiae *om.* S   50 esse] est P: | et *rep. ante* assumendum O+ | illum] illam Y *om.* P*N: | exsequitur] assequitur vel exs. A sequitur P   51 tunc¹ *om.* A | referemur P* | actualiter] accidentaliter V | cognoscitur] cogitur O   52 nec] et Q | omnis] est (*om.* B) aliquis APZBNQ | omnis — referibilis] omnes referantur V   53-54 in — referri *om.* Q:   53 principium *om.* S | dicitur B   54 referri] *post* habitualiter B *add.* actu S   55 actus *om.* B | non *om.* S*YO   56 referatur V | habitualiter] virtualiter Q   57 natus Q | veniale] actuale v. PN venialiter V | quia²] quod VQ   58 licet] cum Y *om.* O | stat P*ZN*O | est] *ante* natum N *ante* tamen YQ | a] cum Y | referri] *ante* a NQ *rep. ante* a A+   59 quia scilicet] sc. quod V licet Q   61 illis] istis B aliis Y *om.* Q | duobus] tribus P*V | illi] isti APZN   61-63 illi — quod *om.* S

T [11] Cf. supra d. 40 n. 8-9.   [12] scil. intus exsistente.   [13] scil. privative et contrarie (n. 11).

mali, scilicet peccatum veniale et peccatum mortale. De duobus primis[14], certum est quod primus actus est meritorius et satis probabile est de secundo.

De duobus mediis[15], scilicet de actu qui tantum refertur habitualiter et negative, qui non refertur nec actualiter nec virtualiter, dubium est utrum talis actus sit meritorius vel – si non – sit peccatum veniale (quia mortale poni non potest), aut sit 'talis actus' indifferens. 13

Si ponatur alterum duorum primorum membrorum, videtur quod homo 'exsistens continue in gratia' vel mereatur continue, vel peccet mortaliter (vel saltem venialiter), quia multos tales actus elicit continue qui nec referuntur actualiter nec virtualiter.

[4] Secundum dictum modum probabile videtur ponere tales actus indifferentes, quia non habent sufficientem rationem malitiae pertinentem ad peccatum veniale, quia possibile est nullam deordinationem esse in eis quae sufficiat ad rationem peccati; non enim tenetur homo, nec tentione necessitatis (contra quam sit peccatum mortale), nec tentione minore (contra quam sit peccatum veniale), semper referre omnem actum suum in Deum actualiter vel virtualiter[16], quia Deus non obligavit nos ad hoc. Nec videtur esse in istis actibus suffi- 14

---

APSVZBNYOQ(γμυ)

62 veniale — mortale] m. et v. BQ | peccatum$^{2}$ *om.* O | duobus] *post* primis (62-63) Q *comp.* O  63 est$^{2}$ *om.* V | et satis] et N caritatis V  64 secundo] tertio S  65 duobus] tribus $P^{*}$ | mediis] modis V  66 negative] *add.* id est Q | qui] quae VZBY | referuntur VBYO | nec$^{1}$ — virtualiter] n. v. $P^{2}Z^{2}$ v. $N^{2}$  67 utrum] an B | talis actus] a. t. APZN | vel *om.* $P^{*}$N | si non sit *om.* Q  68 quia] *add.* peccatum VQ | poni] peccati p. O esse *post* potest YQ *om.* $V^{\pm}$  68-72 aut — multos *om.* $Q^{2}$  68 sit] si B  68-69 actus indifferens] i. a. V  70 ponitur B | alterum] *add.* etiam N *add.* istorum B | membrorum] *ante* primorum SV *om.* Z | videtur] si $O^{*}$  71 continue$^{1}$ *om.* V | vel$^{1}$] nihil Y  71-72 vel peccet] peccat Y  72 saltem *om.* S | venialiter] neutraliter $B^{2}$ | tales] *post* actus V talis Q  73 qui] quae PN | actualiter] *add.* vel venialiter $P^{+}$ | nec$^{2}$ *om.* $P^{*}$  74 Secundum — videtur] modo praedicto. Ideo v. probabile Q | ponere *post* indifferentes (75) Y  76 veniale *om.* Y  77 in eis] *rep.* *post* sufficiat $B^{+}$ | sufficiat] sufficiant S sufficiunt Y  78 homo *om.* Y | contra = Q *edd.* quam Y sic P'N circa $P^{2}O^{2}$(*in corr.*) *rell.* | quam] quod $V^{+}$N  78-79 mortale — peccatum = VYOQ *edd.*  79 contra quam] circa q. V quamquam Y | peccatum *om.* V | semper] *post* referre (79-80) Y *praem.* non $N^{*}$  80 omnem] ⌜...⌟ $N^{+}$ *om.* SVB | suum *om.* O | virtualiter = Q *edd.* habitualiter *rell.*  81 obligat $P^{*}$ | nos] eos $Z^{*}$ | hoc] nos $O^{+}$ | Nec] Neque YOQ Non $P^{*}$ | esse *post* actibus Q | istis] illis $S^{*}$ | actibus] *ante* istis B *om.* O

T [14] scil. actualiter et virtualiter (n. 10). [15] scil. habitualiter (n. 10) et negative (n. 11). [16] Cf. supra lin. 73. – Loco «virtualiter» fere omnes codices erronee tradunt «habitualiter».

ciens ratio bonitatis, ut sint meritorii, quia non videtur minor relatio sufficere ad meritum quam relatio virtualis, – qualis non est hic.

15 Sunt ergo multi actus indifferentes, non tantum secundum 'esse' quod habent in specie naturae, sed etiam secundum 'esse' quod habent in 'esse' morali; et sunt indifferentes ad bonum meritorium et malum demeritorium, quia unum individuum potest esse tale et aliud tale.

16 Multi etiam singulares actus eliciti sunt indifferentes, qui nec sunt tales nec tales; et non solum actus non-humani, de quibus non est sermo (sicut movere barbam, levare festucam[17] et huiusmodi, – quae procedunt ex sola imaginatione, non ex libero arbitrio impellente), sed etiam de actibus libere elicitis[18].

### [II. – AD ARGUMENTA PRINCIPALIA]

17 Ad argumenta. [5]

Ad primum[19] dico quod[20] non sunt privative opposita circa actum, neque loquendo de bonitate et malitia morali, neque loquendo de bonitate et malitia meritoria et demeritoria; non enim est actus malus ex hoc solo quod caret bonitate tali vel tali, sed quia caret bonitate quam debet habere: non autem omnis actus debet habere talem bonitatem.

---

APSVZBNYOQ(γμυ)

